



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn


**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**



Jh. 970.

B.I.45.

Quoniam ad id de regno abissi  
ad abissi - ita regna mariti abissi  
Quoniam fides regni regni aut na-  
turae aut fides, ad id de regno  
abissi.

per fides non fides. fides non fides  
fides non fides de regno abissi.

Quis fides non fides non fides a t illo  
fides non fides non fides non fides  
abissi quia fides non fides

hanc fides non fides non fides 169. a

fides non fides non fides non fides

ad fides non fides non fides non fides

ad id de regno abissi non fides

regnum non fides non fides non fides

regnum non fides non fides non fides

regnum non fides non fides non fides 173. b. 1.


Quoniam ad id fides non fides non fides

ad fides non fides non fides non fides

ad fides non fides non fides non fides

ad fides non fides non fides non fides

ad fides non fides non fides non fides



triä,  
D. HAYMO-  
NIS EPISCOPI HAL-

BÉRSTATTENSIS, DE VARIETATE  
librorum, siue de Amore cœlestis  
patriæ, libri. III. nunc primū  
typis excusi.



COLONIAE  
apud Ioannem Prael, Anno  
M. D. XXXL

1.

DEHAYMO  
NIS EPISCOPAL

ANNO 1713  
MAY 10

COLONIAE  
ANNO 1713  
MAY 10

PROLOGVS HAYMONIS.

**C**VM sis vnicū & sanctissimū veræ humilitatis  
& cōpunctionis exēplar, & huic mūdo crucifi Aug.  
 xus, tibiq; mundus sit crucifixus, petiisti cre-  
 bro mi domine reuerendissime pater Guilhelme vt  
 prata sacrarum scripturarū omni cum velocitate p-  
 currerem, & ex his tibi flosculos perpetuos ad ani-  
 mę tuę salutē proficuos: tã de amore cęlestis patrię,  
 & qbus ad eam bonorū operū passibus perueniatur,  
 q̄ etiã de timore & q̄litate supplicij perquirerē: Qua-  
 tinus mortificationē carnaliū desideriorū, fontesq;  
 lachrymarū, cōpunctionemq; continuã largiēte bo-  
 norū omniū largitore diuinis excitat<sup>o</sup> admonitusq;  
 sentētijs habere possis assidue. Scim<sup>o</sup> em̄ oēs qui cru-  
 cifixã vitã tuã non icognitã habem<sup>o</sup>, q̄a postq̄ à mū-  
 danis & palatinis vinculis absolutus es, & terrena &  
 peritura reliqsti, & ad paupertatē feliciter aduolasti,  
 oēm vitam tuã huic mūdo esse mortificatã, & à cun-  
 ctis exterius interiusq; vitijs expurgatã: Nec nō & ab  
 oibus secularibus curis, desiderijsq; carnalibus diui-  
 no ab igne pleniter excoctã, & sine aliq̄ intermissiōe  
 cū cōtinuis gemitibus & lachrymis te ad patriã cur-  
 su velocissimo festinare ppetuã. Igit̄ beatissime san-  
 ctę iussiōi tuę inobediēs nō ausus fui existere: nec v o-  
 lui oīno nec debui, licet e linguis oīq; ex parte vita &  
 sermōe inerudit<sup>o</sup>, tñ luculētissime sanctitati tuę, pro  
 ut autor & fons luminis donare dignat<sup>o</sup> est, parere Ioan:  
 nō distuli, sed in tres libros nōnullas sentētijs ex san-  
 ctorū patrū opusculis excerptas distinxi. Prim<sup>o</sup> nãq;  
 cōtinet libellus, de q̄litate cęlestis patrię. Secūdu-  
 vero qbus sanctis hęc vita beata adquirat̄ operib<sup>o</sup>, Tex-  
 tius de qualitate supplicij, pœnijsq; perpetuis.



# INCIPIVNT CAPITVLA

libri primi.

- I De qualitate futuræ ac perpetuæ vitæ.
- II Quâta sit electorum gloria videre Deum.
- III Quod antequâ sancti ad futurâ perueniant beatitudinẽ, perfecte Deum videre nõ possint.
- III Quod hic per fidem potest Deus, in futuro autem poterit videri per speciem.
- V In quâta claritate ab electis suis videbitur Deus in regno suo.
- VI De resurrectione & vita Sanctorum.
- VII Quod detrimenta angelicæ ruiñe ex sanctis reparantur hominibus.
- VIII Quod electi in æterna patria cunctos recognoscunt bonos.
- IX Quod beatorum animæ mox vt de corpore exeunt ad Christum pergunt.
- X Quod nunc animarum sola beatitudine pfruuntur electi, post resurrectionem vero animarum simul & corporum.
- XI Quod per quinquagenariũ numerũ perpetuitas futuræ quietis nostræ mystice ostendit.
- XII Quod per sextam feriam præsens vita, per Sabbatum requies animarum, per dominicam diem gloria resurrectionis ostenditur.
- XIII Quæ & quanta sit differentia inter duas vitas sanctæ Dei ecclesiæ.
- XIII Quod per quinquagesimalẽ afflictionem vita præsens, per quinãgesimã æterna leticia oñdit.

## LIBRI PRIMI.

- XV Nemo perfecte beatus esse potest, anteq̄ ad  
futuram perueniat beatitudinem.
- XVI Tunc omnium electorum perfecte erit cor  
& anima vna, q̄n̄ Deus erit omnia in omnibus.
- XVII Quod sancta Hierusalem cælestis ex parte  
æterna sit, & ex parte captiua.
- XVIII Quam ardentè desiderare debent regionē  
suam cælestis patriæ peregrini.
- XIX Qualiter plangere debent captiui patriam  
suam æternam Hierusalem.
- XX Quod nemo mortalium dicere potest quā  
ta iustorum sunt gaudia in cælo.

# D. HAYMONIS EPI.

SCOPI HALBERSTATTEN

sis, de amore cælestis patriæ,  
liber primus.

De qualitate futuræ ac perpetuæ vitæ.

Caput .I.

Prosp.



E futura enim vita plus creden-  
dum est quam scribitur. Quia  
nec potest tātum inde proferri  
sermone, quantum potest men-  
te complecti. Et minus conci-  
pit mentis quamlibet profunda  
complexio, quam se habet rei ipsius magnitudo. Er-  
go futura vita creditur beate sempiterna, & sempi-  
terne beata, vbi est certa securitas, segura tranquilli-  
tas, tranquilla iucunditas, felix æternitas, æterna fe-  
licitas: ibi amor perfectus, timor nullus, dies æternus,  
alacer motus, & vnus omniū spiritus de cōtempla-  
tione dei sui, ac de sua cum illo permanfione securus.  
Vbi ipsa ciuitas, quæ est angelorū, sanctorum, & ho-  
minū congregatio beata, meritis fulgentibus micat  
æterna salus exuberat, veritas regnat. Vbi nec fallit  
quisquam nec fallitur: vnde nullus beatus eijcitur, &  
nullus miser admittitur. Ad quam qui bonorū ope-  
rum cōsummatione peruenerint beatus angelis simi-  
les erunt, & simul cum deo suo sine fine regnabunt.  
Quod hic crediderunt, ibi videbunt, sui creatoris sub-

## LIBER PRIMVS.

stantiam mundis cordibus contemplantes, æterna exultatione gaudebūt. Dilectione diuina ac mutua delectatione possessi Deo suo in æternū, & inuicem sibi feliciter adhærebunt, & in illa æterna vita omnes Sancti Deum videbūt, vbi sine fine gaudebunt. Ibi gaudebūt, vbi premiū reportabūt: ibi recepturi sunt premiū, vbi non solū deuictis, sed etiā finitis hostib⁹ triumphabūt: ibi triūphabūt vbi vltèrius aduersariū non timebunt. Ibi humanorū peccatorū tanta & tam perfecta erit munditia, vt habeant vnde munitatori suo Deo gratias agant, non vnde offensi aliquibus peccatorū sordibus erubescant. Quia ibi nec vlla peccata, nec peccatores erunt, & qui ibi fuerint iam peccare nō poterunt. Ibi em̄ gaudent, & sine fine gaudebunt. Ibi hymnidici Angelorū chori, ibi & societas supernorum ciuium, ibi dulcis solemnitas a peregrinationis huius tristici labore redeuntium. Ibi prouidi Prophetarū chori, ibi iudex Apostolorū numerus, ibi innumerabilium martyrum victor exercitus, tanto illic lætior, quanto hic durius afflictus. Ibi confessorū constātia premij sui perceptiōe consolata. Ibi fideles viri quos a viriditatis suo robore voluptas seculi emollire non potuit. Ibi sanctę mulieres quę cū seculo sexum vicerunt. Ibi pueri, qui hic annos suos moribus transcenderunt. Ibi senes, quos hic etas de  
Greg.  
Prosp.  
 biles reddidit, & virtus operis non reliquit. Ibi quicumq; erunt, etsi differentibus meritis ab inuicem distabant, omnes tamen vna perfectione beati erunt. Quia singulis premia sua sufficientia erunt, & capere amplius premijs suis iam perfecti non poterunt.

## HAY. DE VARIET. LIB.

& in illa tanta beatitudinis regione nec maiora me-  
 rita sibi aliquis arrogabit. quia arrogantia ibi nulla  
 erit: nec superiori inferior inuidebit, quia inuidia ibi  
 esse non poterit. Et ideo si ibi erit distantia mansio-  
 nū, summa in illis erit vnus perfectionis æqualitas,  
 quibus erit regni cælestis vna felicitas. Denarius qui  
 dem ille equalis est illis omnibus, quæ paterfamilias  
 eis qui opertati sunt in vinea iubet donari omnib<sup>9</sup>,  
 non ideo discernēs qui minus, & qui amplius labo-  
 rauerunt. Quo utiq; denario vita significatur æter-  
 na vbi amplius alio nemo viuit. qm̄ viuendi non est  
 distantia, nec in æternitate mansura, sed multæ man-  
 siones diuersas meritoꝝ in vnitæte æterna significāt  
 dignitates. Alia em̄ gloria solis, alia gloria lunæ, alia  
 gloria stellarū: Stella enim à stella differt in gloria, sic  
 & resurrectio mortuorū. Tanq̄ stelle sancti diuersas  
 mansiones diuersæ claritatis, tanq̄ in cælo sortiunt̄  
 in regno, sed propter vnum denariū nullus separāt̄  
 à regno: atq; ita erit Deus omnia in omnibus: vt qm̄  
 Deus charitas est, per charitatē facit, vt quod habēt  
 singuli, cōmune sit omnibus. Sic em̄ quisq; etiam ip̄e  
 habet, cum amat in altero, quod ip̄e non habet. Nō  
 erit itaq; inuidia imparis claritatis, cum regnauerit ī  
 omnibus vnitas charitatis. Quāuis in illa retributio-  
 ne perpetua ea dignitas omnibus non sit, vna tamē  
 erit om̄ib<sup>9</sup> vita beatitudinis. Vnde & per semetip̄m  
 dominus dicit: In domo patris mei mansiones mul-  
 tæ sunt. Sed tamē qui in vineam cōducti sunt, quam-  
 uis diuersis horis venerint, vnum tamē denariū per-  
 ceperunt. Qua itaq; ratione conueniant mansiones

Aug.  
Mat. 20.

1. Co. 15.

Grego.

Ioan. 14.

## LIBER PRIMVS.

multę cum vno denario: nisi quia diuersę quidē beatorum ciuium dignitates erunt, sed tamē vna requies æternę retributionis. Nam & si dispar erit meritū singulorū: nō erit diuersitas gaudiorū. Quia etsi alter minus, atq; alius amplius exaltatur, omnes tñ vnū gaudium de cōditoris sui visione letificat: & semel illius beatę vitę facti participes, inexplebiliter autorem beatitudinis suę cōspiciunt. Et merito suę stabilitatis in eternū felices effecti, de sua permanēte securi sunt, qui summū solidumq; gaudiū, quo inexplebiliter perfruuntur de diuina cōtemplatione percipiunt, ac Deo suo infatigabiliter & amanter inseruiunt. Ita perfecte beati, vt nec cupiant beatiores fieri vltra nec valeant. Erit em̄ illis in illa beata patria, intellectus sine terrore, memoria sine obliuioe, cogitatio sine peruagatione, charitas sine simulatioe, sensus sine offensione, incolumitas sine debilitate, salus sine dolore, vita sine morte, facilitas sine impedimēto, saturitas sine fastidio, & tota sanitas sine morbo. Ibi nec fletus ullus potest esse, nec gemitus. Habebūt ibi omēs Sancti amorem perfectum, timorē nullū, gaudium sempiternū. Ibi erit volūtas recta, cupiditas nulla. Quoniam fruendo cęlestibus bonis, ad quę peruenire cupiebant, nihil eis deerit quod vltiori cōcupiscant, & illi perpetua regione securitatis ac pacis perfecte beati, nec timoris stimulos passuri sunt, nec doloris. Ibi erit omnium fidelium catholicorū salus plena, corruptibilitas nulla, & immortalitas beata. Ibi erit prudentię ac sapiētię perfectio vera, rerum omnium cognitio tota. Ibi quicumq; saluus fuerit, peri

HAY. DE VARIET. LIB.

re vltra non poterit, sed animus Deo subiectus, cum carne sibi subiecta regnabit in pace sempiterna. Que autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit illa superne ciuitatis quanta sint gaudia, angelo-

**Greg.** rum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ cōditōris assistere, presentem vultum Dei cernere, in circūscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari? Nemo namq; mortaliū dicere aut cogitare potest, quanta in illa perpetua regione sint gaudia iustorū,

1. Cor. 2.

dicente scriptura: Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit que præparauit Deus diligentibus se. Diligamus ergo Deum fratres charissimi, eius videlicet mandata custodiendo.

Diligere enim Deum mandata eius custodire est.

Ioan. 14.  
1. Ioan. 2.

Ipse enim ait: Siquis diligit me sermones meos seruabit. Et Ioānes in epistola sua ait: Qui dicit, quia diligo Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Curemus per omnia mandata dei in quantum ipse dederit custodire, elemosynas faciendo, orationibus, lachrymis, vigilijs, ieiunijsq; insistēdo. Bona quibuscunq; possimus operando, ea quæ mala sunt declinādo, & q̄ sancta & Deo placita sunt, ipso adiuvante totis viribus operando, vt peruenire mereamur ad sanctam societatem Angelorum ciuiū, æternam Hierusalem: in qua ē electorū omniū societas sancta, solemnitas certa, requies segura, pax vera, vita perpetua. Ad quam illorū omnium qui in ea sunt meritis & precibus adiuti mereamur ascendere, eo

LIBER PRIMVS.

donante qui per infinita viuit secula, Amen.

Quanta electorū sit gloria, videre Deum

Caput .II.

**N**Vllus sermo explicare, nullus valet sensus cō Beda.  
prehendere, quanta sint gaudia iustorū cum  
acceserint ad Zion montē, & ciuitatem Dei  
viuentis Hierusalem cælestem, & multorum miliū  
Angelorum frequentiam, ipsumq; ciuitatē eiusdem  
artificem & cōditorem Deum, non per speculum &  
in enigmatē, sicut nunc, sed facie ad faciem cōspexe-  
rint. De qua visione dicit beatus Petrus loquēs de <sup>r. Pe. 1.</sup>  
domino fidelibus: In quem nunc quoq; non vidē-  
tes creditis, quem cum videritis exaltabitis læticia  
inenarrabili & glorificata. Explicari non potest il-  
lius læticiæ magnitudo, vbi anima ad propriam ge- Ioan.  
nerositatem regressa, cum fiducia cœperit iam vide-  
re Deum suum, cui congregatio sancta ex angelis at  
q; archangelis, thronis, & dominationibus, princi-  
patibus ac potestatibus assistet, Qualis gloria æter-  
num regem videre placatum nulla vox dicere suffi-  
cit, nulla cogitatio comprehendere potest. Effugit  
enim omnem sermonem, atq; omnem sensum hu-  
manę mētis excedit decus illud, illa pulchritudo, illa  
virtus, illa gloria, illa magnificentia, illa maiestas. O  
quā ineffabiliter felix nimiūmque beatus, qui De-  
um in illa perpetua regione videre meruerit, vbi si-  
ne fine cū Angelis & archangelis feliciter gaudebit.



Quod anteq̄ Sancti ad futuram perue-  
niant beatitudinem, perfecte Deum videre  
non possint. Caput .III.

Prosp. **I**N illa beata vita quæ futura est, Deum sicuti est p-  
fecte videbunt sancti, vbi & ipsi erunt vitæ æter-  
næ ac regni cælestis cōsecutione perfecti. Cæterū  
si hic perfecte potuisset substātiā Dei humana fra-  
gilitas contemplari, nunquam sanctus Euangelista  
ioan. 6. dixisset: Deum nemo vidit vnq̄: non dixit, nemo vi-  
debit. Deniq; vt euidenter ostēderet visionē Dei nō  
negatam sanctis hominibus, sed dilatam quod in p-  
senti tempore negavit, in futuro promisit dicens: Be-  
Mat. 5. ati mundo corde, quoniā ipsi Deum videbunt. nec  
hic dixit, quoniam ipsi Deum vidēt. Igitur Deus, qui  
in hac vita sine alicuius elementi adsumptiōe nec po-  
tuit videri nec potest, in futura vita videndus est. Ibi  
est cōtemplationis diuinę sperāda perfectio, vbi erit  
bonorum omniū plenitudo. Et ideo cōtemplatiua  
vita, in qua creatorem suum creatura intellectualis  
ab omni peccato purgata, atq; ex omni parte sanata  
visura est, à contemplando, id est, videndo nomen  
accepit. Quod si ita est illa vita, vbi Deus vide-  
ri potest, ipsa cōtemplatiua vita credenda est. In pre-  
senti aut̄ vita miseris erroribusq; plenissima, Deum  
videri sicuti est non posse, dubium nō est. Nec moue-  
at quod hic quoq; à iustis antiquis visum legim⁹ De-  
um, quia non est in hac humiliatiōe nostra sic visus,  
sicut in illa claritate videndus est. Quandoquidem

## LIBER PRIMVS.

in forma visibilis creaturæ, in qua pro dispensatiōe temporū, vbi voluit, & quibus voluit, iustis apparuit, nec potuit nec potest videri, sed poterit cum ad supernam patriam peregrinatio nostra peruenerit, & mortale nostrum immortalitas beata vestierit, atq; ad cōtemplationem diuinam, vel perceptionem celestium præmiorum, omnes vere fideles, fides ipsa, quæ hic futura credebantur, impleta perduxerit.

Quod hic per fidē potest, in futuro autē poterit Deus videri per speciē. Cap. III.

**A**It enim sanctus Apostolus: Per fidem ambulamus, non per speciem. Fides ergo est per quam ambulatur, & species quæ videtur. Quia in hac vita vbi per fidem bene viuendo proficimus, bonorum operum quodammodo passibus ambulamus. In futuro autem peruenientes ad speciem iam non erit quo vel vt proficiendo vltius ambulemus, sed ipsam speciem, ad quam per fidem spiritalem ambulamus, peruenimus, insatiabili delectatiōe videbimus. In quantum autem valet humana mens, quam suus creator ad suam fecit imaginē, studeat etiam hic intelligibiliter Deum videre per fidem, vt eum plenius videat cum peruenerit munere ipsius conditoris sui ad speciem.

In quanta claritate ab electis suis videbitur Deus in regno suo.

Caput . V.

Prosp.  
2. Cor. 5.

HAY. DE VARIET. LIB.

**Beda.** **Mat. 17.** **I**n ea claritate qua discipuli viderunt dñm fulgentem in monte, in ea peracto iudicio ab omnibus Sanctis in regno suo videbitur. Sed qđ mortales adhuc, corruptibiles discipulorū oculi sufferre nequiverunt, tunc per resurrectionē iam facta incorruptibilis, potēter intueri sufficit om̄is ecclesia Sanctorū, **Esa. 33.** de qua scriptum est: Regem in decore suo videbunt oculi eius. Decorem illū, gloriam illā, pulchritudinē illam, magnificentiā illam, virtutē illā, claritatē illā, maiestatē illā, q̄lis per omnia sit, nulla vox hoīm dicere potuit aut potest. Cōferam⁹ oculos ad illū mōtē in quo transformatus est Christus, & videamus splendorē eius, illum quo tunc transformatione resplenduit, nec sic quidem inueniemus cunctā nobis illius claritatē futuriq; seculi gloriam patefactam. Illa enim transformatio facta est non in quantū bonorum futuroꝝ veritas habet, sed quantū ferre oculi poterant intuentem. Sic enim in euangelio dicit: **Mat. 17.** Quia resplenduit sicut sol. Incorruptorū autē gloria corporū, non hoc tantum splendoris emittit, quantū ex ista corruptibili luce procedit, nec talem lucē, q̄lem nunc mortales oculi capere possunt, sed tantus erit futurae lucis splendor, quantū corpore⁹ ferre nō possit aspectus, cū tamen illum tulerit qui in mōtis transformatione resplenduit. Vnde ostenditur, qđ tantum reuelatum sit, quantū ferre mortaliū oculi potuerūt. Nec tamen tulerunt ex integro, sed ceciderunt (inquit) in faciem suam super terram.

De resurrectione, ⁊ vita Sanctorum.

## LIBER PRIMVS

## Caput VI.

**R**esurgent igitur Sanctorum corpora sine vilo vitio, sine vlla deformitate, sicut sine vlla corruptione, onere, difficultate. In quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit. Receptis cum incorruptione atq; immortalitate corporibus, municipatum patriæ cælestis accipient, atq; eius in eternū ciues effecti promissa præmia reportabunt. Ibi eis exuberabit tanta læticia, tanta cælestium gratia gaudiorum, vt remuneratori suo pro tantis muneribus gratias agant, & nullum fastidium ex ipsa affluentium bonorum perceptione sustineant. Ibi nō latebit perfecte beatos aliquid secretorū, qui, quod est longe præstariū, ipsum visuri sunt mūdis cordibus Deum. Quandoquidem humana creatura ita perfecta erit, vt in melius aut deterius vltra mutari non possit. Quicquid hic humanis corporibus vitiandis, aut ferarū morsus ademerit aut improviso casus abstulerit, aut malarum valetudinū genera diuersa decerpserint, aut humana crudelitas amputauerit, aut si ignis vel quilibet alia res aliquid debilitatis intulerit, aut ipsa senectus etiam sanis onerosa negauerit, hæc atq; his similia corporū damna, vna ibi resurrectione reparabit, atque ea corpora membris omnibus instaurata incorruptibilis sanitas optinebit. Statum em̄ illius sanctę resurrectionis ac perpetuę vitę cōsideremus, in quā tū nobis considerare possibile est, & vt em̄ vere est, cōprehendere nullus sermo sufficiet, sed quantū possumus ex his quę legimus, & per enigmata accipim⁹, re-

HAY. DE VARIET. LIB.

nuem quandam opinionem de ea capiam<sup>o</sup>. Dicitur de ea quodam loco: quod aufugiet ibi dolor, & tristitia, & gemitus. Quid hac vita beatus, vbi non est paupertatis metus, nō ægretudinis lædit iniuria? Ne  
**Aug.** mo irascitur, nemo inuidet, nulla cupiditas exardescit, nullum ibi desiderium, nulla honoris pulsatio ex potestate ambitio, sed omnis vitiorū labes sopita & penitus extincta est, pax cuncta cōtinet & læticia. Trāquilla sunt omnia & quieta, iugis splendor & lux, nō ista quæ nunc est, sed tanto splendidior, tanto clarior, quāto splendidior nūc sol est lucerna. Nulla ibi nox, nullæ tenebræ, cōcursus nullus nubium, nulla frigoris, nulla ardoris asperitas. Non est ibi senectus nec senectutis miseria, sed omne quicquid corruptionis est exulat, & gloria incorruptionis cuncta circumdat. Vnde per Paulum dicitur: Ipsa creatura liberaliter à seruitute corruptionis, in libertatē gloriæ filiorum Dei. Electos em̄ nunc pœna corruptionis aggrauat, sed tūc incorruptionis gloria exultat, & quantum ad presentis necessitatis pondera nunc in Dei filiis de libertate nihil ostendit. Quantū vero ad subsequēntis libertatis gloriam, tunc in Dei famulis de seruitute nihil apparebit. Creatura ergo seruitute corruptionis exuta, & dignitate libertatis accepta, in filiorū Dei gloriam vertitur. quia vnita Deo per spiritum, quasi hoc ipsum quod creatura est, trāsisse ac subegisse declaratur.

**Quod detrimenta angelicæ ruinae ex sanctis reparantur hominibus.**

## LIBER PRIMVS.

## Caput VII.

**E**X redemptione hominū ruinae illius angelicę Aug.  
 detrimenta reparantur. Et utiq; nouerunt an  
 geli sancti docti de Deo, cuius veritatis eterne  
 contemplatione beati sunt, quanti muneri supple-  
 mentum de genere humano integritas illius ciuita-  
 tis exspectet. Propter hoc ait Apostolus, instaurari Ep. r.  
 omnia in Christo quę in cęlis sunt, & quę in terris.  
 In ipso instaurantur quippe quę in cęlis sunt, cū id  
 quod in angelis lapsum est, ex hominibus redditur.  
 Instaurantur aut quę in terris sunt, cum ipsi homi-  
 nes q̄ prædestinati sunt in æternā vitam, à corrupti-  
 onis vetustate innouantur. Illa em̄ superna ciuitas  
 ex angelis & hominibus constat, ad quam tantū cre-  
 dimus humanum genus ascendere, quantos illic cō-  
 tingit electos angelos remansisse, sicut scriptū ē: Sta-  
 tuit terminos gentium fm̄ numerum angelorū dei.

Quod electi in æterna patria cunctos re-  
 cognoscunt bonos. Caput VIII.

**E**lecti autem in æterna patria non solum eos  
 agnoscunt bonos, quos in hoc mundo noue Grego.  
 rāt, sed velut viros visos ac cognitos recogno-  
 scunt bonos, quos nunq̄ viderunt. Nam cum anti-  
 quos patres in illa æterna hæreditate viderint, eis in-  
 cogniti per visionem non erunt, quos in opere sem-  
 per nouerunt. Quia enim illic omnes communi  
 claritate Deum cōspiciunt, quid est quod ibi nesciāt,  
 vbi scientem omnia sciunt? Nam quidam noster re-  
 ligiosus vir, & vitæ valde laudabilis, cum ante hoc

HAY. DE VARIET. LIB.

triennium moreretur (sicut religiosi alij, qui præsentes fuere testati sunt) in hora sui exitus Ionã propheta, Ezechielem quoq; & Danielẽ cœpit aspicere, quos dum ad se venisse diceret, & depressis luminibus eis reuerentiæ obsequium præberet, ex carne eductus est. Qua in re aperte datur intelligi, quæ erit in illa incorruptibili vita noticia, si vir iste adhuc in carne corruptibili positus, prophetas sanctos, quos nimis nunquam viderat, agnouit.

Quod beatorum animæ mox vt e corpore exeunt ad Christũ pergũt. Cap. IX.

Greg. **Q**Uod nunc ante restitutionẽ corporum in cælo recipi valeant animæ iustorũ, neq; de omnib; iustis fateri possumus, neq; de omnibus negare. Nam sunt quorundam iustorũ animæ q̄ in cælesti regno quibusdam adhuc mansionibus differuntur, in quo dilationis damno quid aliud innuit, nisi quod de perfecta iusticia aliquid minus habuerunt. Et tamen luce clarius constat, quia perfectorũ iustorum animæ, mox cum huius carnis claustra exeunt, in cælestibus sedibus recipiuntur. Quod & ipsa per se veritas attestatur: Vbi cũq; fuerit corpus illuc cõgregabuntur & aquilæ. Quia vbi ipse redemptor noster est corpore, illuc procul dubio colliguntur & animæ iustorũ. Et Paulus dissolui desiderat & esse cũ Christo. Qui ergo Christum esse in cælo non dubitat, nec Pauli animam esse in cælo negat. Qui etiam dissolutionem sui corporis atq; habitationẽ patriæ

Mat. 24.

Phil. 1.

## LIBER PRIMVS.

cælestis, dicit: Scimus quoniam terrestris domus huius habitationis dissoluatur, quod ædificationē habemus ex Deo, domū non manufactam, sed eternā in cælis. 2. Cor. 5.

Quod nunc animarum sola beatitudine perfruuntur electi, post resurrectionē vero animarū simul & corporū. Cap. .X.

**E**lecti autem nunc animarū sola, post modum Greg. vero etiam corporū beatitudine perfruuntur, ut in ipsa quoque carne gaudeant, in qua dolores pro domino cruciatusque pertulerunt. Pro qua quippe geminata eorum gloria scriptum est. In terra sua duplicia possidebunt. Hinc etiam ante resurrectionis diem de sanctorū animabus scriptum est: Apo. 6. Datus sunt illis singulæ stolæ albe & dictum illis ut requiescerent ad modicum tempus, donec impleatur numerus cōseruatorum & fratrum eorum. Qui itaque nunc singulas acceperunt, binas in iudicio stolas habituri sunt. Quia modo animarū tantummodo, tunc autē binæ stolæ albæ, animarū simul & corporū gloria lætabuntur.

Quod per quinquagenariū perpetuitas futuræ quietis nostræ mystice ostendatur.

Caput. XI.

**N**on sine magno mysterio quinquagenarius numerus in datione vel gratiæ vel legis obseruatus est. Nam quinquagesima die pasche, Beda. & lex in monte populo data est, & gratia spiritus di-

b ij



## HAY. DE VARIET. LIB.

scipulis in cœnaculo missa est. Sed hoc nimirum numero perpetuas futuræ quietis ostenditur, in quo recte vel legis decalogus mandatur, vel spiritus sancti gratia datur hominibus: ut aperte monstretur, quia quicumque diuinæ legis iussa iuuante spiritus gratia perficiunt, ad veram profecto requiẽ tendunt. Ideo em̄ numerus quinquagenarius significationi internæ quietis aptatur, quia ex septẽ septimanis & monade perficitur. Sex quippe diebus in lege populus operari, septima quiescere: sex annis arare & metere, septimo iussus est cessare, quia & dominus sex diebus mundi ornatũ perfecit, septimo ab opere suo cessauerit. Quib⁹ om̄ibus mystice admonemur, quod hi qui in hoc seculo (quod sex ætatib⁹ cõstat) bonis operibus pro domino instant, in Sabbathum in futuro, id est, in requiẽ à domino includuntur eternam. Quod autem septem dies dicuntur, multiplicẽ eiusdem requiei abundantiam designat, in qua premium illud sublime datur electis, de q̄ Apostolus ait: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligẽtibus se. Porro ipse dies quinquagesimus, qui septẽ septimanis super est, & maiori præ cæteris erat solemnitate venerabilis, tempus futuræ resurrectionis indicat, in quo illa requies, qua nunc animæ fruuntur electorũ, corporum quoq; receptorum gloria cumulabitur. Quinquagesimus etenim annus in lege Iubileus, id est, dimittens siue mutatus appellari iussus ẽ, in quo populus ab omni operatiõe quiesceret, om̄ium debita laxarentur, serui liberi redirent. Annus

Exo, 20.

1. Cor, 2.

Leui, 25.

## LIBER PRIMVS.

ipse maioribus solemnibus, ac laudibus diuinis eminentior cæteris existeret. Merito per hunc numerum illa summæ pacis tranquillitas indicatur, quando (sicut Apostolus ait) canente nouissima tuba mortui resurgēt, & nos immutabimur in gloriã. Vbi cessantibus huius seculi laboribus & erumnis, dimissis omnium culparum debitis, in sola diuinæ visionis contemplatione cunctus electorum populus in eternum gaudebit, impleto illo desiderabili, domini ac saluatoris nostri mandato: vacate & videte quoniã ego sum de<sup>9</sup>.

1. Co. 15.

Quod per sextam feriam præsens vita, per Sabbathum requies animarum, per dominicam diem gloria resurrectionis ostenditur.

### Caput XII.

SEPTem etenim diebus vniuersum tempus euoluitur. Aeterna etenim dies, quæ expleta septem dierum vicissitudine sequitur, scilicet octaua est. Huius octonarii numeri causa est, quod post Sabbathum dominus voluit à morte resurgere. Dies quippe dominicus, qui tertius est à morte dominica, à conditione dierum numeratur octauus, quia Sabbathum sequitur. Vnde & ipsa redemptoris nostri passio, & vera resurrectio, figurauit aliquid de suo corpore in diebus passionis suæ. Sexta enim feria passus est, sabbato quieuit in sepulchro, dominico autem die resurrexit à mortuis. Præsens etenim vita nobis adhuc sexta est feria, quia in doloribus ducitur, & in angustiis cruciatur, sed Sabbatho quasi in sepulchro quiescim<sup>9</sup>, quia

## HAY. DE VARIET. LIB.

requiem animæ post corpus inuenimus. Domini-  
co vero die, videlicet à passione tercio, à conditione  
vt dixim<sup>9</sup> octauo, iam corpore à morte resurgim<sup>9</sup>,  
& in gloria animæ etiã cum carne gaudem<sup>9</sup>. Quod  
ergo mire saluator noster fecit in se, hoc veraciter si-  
gnauit in nobis, vt nos & dolor in sexta, & requies  
in septima, & gloria excipiat in octaua.

Quæ & quanta sit differentia inter duas  
vitas sanctæ dei ecclesiæ. Cap. XIII,

Aug. **D**Vas itaq; vitas sibi diuinitus prædicatas cõ-  
mendatas nouit ecclesia. Quarũ vna est in fi-  
de, altera in specie. Vna in tempore peregrina-  
tionis, altera in æternitate mansionis. Vna in la-  
bore, altera in rege. Vna in via, altera in patria. Vna  
in opere actionis, altera in mercede cõtemplatiõis.  
Vna declinat à malo & facit bonũ, altera nullum ha-  
bet à quo declinet malum, & magnũ habet quo fru-  
atur bonũ. Vna cum hoste pugnat, altera sine hoste  
regnat. Vna fortis ẽ in aduersis, altera nihil sentit ad-  
uersi. Vna carnales libidines frenat, altera spiritalib<sup>9</sup>  
delectationibus vacat. Vna est vincẽdi cura sollici-  
ta, altera victoriæ pace secura. Vna in tentationib<sup>9</sup>  
adiuuatur, altera sine vlla tentatione in ipso adiuto-  
re lætatur, Vna subuenit indigenti, altera ibi est vbi  
nullum inuenit indigentem. Vna aliena peccata, vt  
sua sibi ignoscãtur, ignoscit, altera nec patitur quod  
ignoscat, ne facit qd sibi poscat ignosci. Vna flagel-  
latur malis ne extollatur in bonis, altera tanta pleni

## LIBER PRIMVS.

tudine gratiæ, caret omni malo, vt sine vlla tētatiōe  
superbiæ clareat summo bono. Vna bona & mala  
discernit, altera sola quæ bona sunt cernit. Ergo vna  
bona est sed adhuc misera, altera melior & beata.

Quod per quadragesimalē afflictionē  
vita præsens, per quinquagesimā æterna  
læticia ostendatur. Cap. XIII.

**S**ANCTA Dei ecclesia in quibusdam suis membris Beda.  
adhuc pro æterna requie laborat in terris, in quibusdam  
vero omni finito labore cum Christo iam regnat in cælis. In memoriam vtriusque vitæ cō-  
stituere patres nostri gemina hæc cōgrua religionis  
solemnia. Quadragesimā videlicet afflictionis & ie-  
iuniorum, instante iam dominicæ resurrectionis tē-  
pore, gaudijsque pascalibus, vt per eam nobis sæpius  
ad memoriam reuocarēt, quia per labores & conti-  
nētiam, per vigilijs & orationes, per cætera, quæ Apo-  
stolus cōmemorat arma iusticiæ, ad vitæ immortalis Ro. 6.  
præmia debemus attingere. Porro Quinquagesi-  
mā ab ipso dominicæ resurrectiōis die inchoare, &  
gaudijs potius laudibusque diuinis, quàm ieiunijs vo-  
luerūt esse celebrem, quatinus annuis eius festis dul-  
cius admoneremur desiderium nostrum ad obtinē-  
da festa, quæ non sunt annua sed cōtinua, non terre-  
na sed cælestia semper accedere fixumque tenere. Quia  
non in tempore mortalitatis huius, sed in æternita-  
te futuræ incorruptionis vera nobis quærenda felici-  
tas, vera est inuenienda solemnitas, vbi cessantibus

HAY. DE VARIET. LIB.

*Pfal. 83.* cunctis angoribus tota in dei visiōe ac laude vita geritur. Iuxta hoc quod Propheta, corde pariter & carne in deum viuum exultans aiebat. Beati qui habitant in domo tua, in seculū seculi laudabunt te.

Nemo perfecte beatus esse potest, antequā ad futuram perueniat beatitudinem.

Caput XV.

*Prosp.* **I**N præsenti autem vita quantalibet quis excellentia sanctitatis emineat, quantalibet quis eminentia perfectionis excellat, potest quidem fieri pro modulo huius vitæ perfectus, sed nō est sic de sua perfectiōe securus, vt non debeat de casu esse sollicitus: & vtique vbi est sollicitudo non est absoluta beatitudo, quæ nequaquā perfecta credenda est, si segura non fuerit, nec segura erit nisi omnē sollicitudinem securitas æterna consumpserit. Quapropter qui dicunt in hac vita beati, spe beatitudinis futuræ beati sunt, ipsa autē re nō hic, sed in illa vita beati futuri, quia ibi omnium beatorū beatitudo perfecta erit, ubi humana natura sui gloriam conditoris & suam perfecte beatificata visura est, atque ei sine vllō defectu suę beatitudinis adhærebit.

Tūc omnium electorū perfecte erit cor et anima vna, quando Deus erit omnia in omnibus.

Caput XVI.

*Beda. Actu. 4.* **S**icut in primordio nascentis ecclesiæ in Hierosolimis quondam multitudini credētium erat

LIBER PRIMVS.

cor & anima vna, & erant illis omnia cōmunia. Ita in illa summæ pacis visione multitudini credenti um deum erit cor & anima vna, diligendi ac laudandi eum, cuius se gratia viderint esse saluatos, & ibi veraciter erunt omnibus omnia cōmunia, quia sicut **A-**<sup>1. Cor. 15.</sup>  
**postolus** ait, erit Deus oīa in omnibus. Ibi bēs quicūque fuerint vnum corpus erunt, & singuli de sua & de singulorum felicitate gaudebunt. Hæc est vera & beata unanimitas sanctorū angelorum & hominū beatorū in illa perpetua regione, quibus est una voluntas gloriam regni Dei dicere, & potentiam uirtutis eius eloqui.

Quod sc̄tā Hierusalē cælestis ex parte æterna, & ex parte captiua sit. Ca. XVII.

**S**ANCTA Hierusalem cælestis ex parte æterna, & **Aug.**  
 ex parte captiua est. In angelis æterna, in hominibus captiua. Non enim omnes illius ciuitatis ciues captiui sunt, sed qui inde peregrinantur ipsi captiui sunt. Homo cuius est Hierusalem, sed uendit<sup>9</sup> sub peccato factus peregrinus. Sicut enim populus ille de terra Hierusalem in captiuitate ductus est in Babylonia, & post septuaginta annos redijt ad ciuitatem suam. Septuaginta anni significant omne tempus quod septem diebus euoluitur. Ita cum transierit omne tempus tunc redimus & nos ad patriam nostram æternam Hierusalem, ubi sunt ciues nostri Angeli, ab ipsis nostris peregrinamur in terra. In peregrinatione suspiramus, in ciuitate gaudebimus.

HAY. DE VARIET. LIB.

Quam ardentem desiderare debent regionem suam caelestis patriae peregrini.

Caput XVIII.

**Aug.** **C**Aelestem ad patriam peregrinus ille ardentem redire desiderabat, qui dolens gemensq; dicebat: Heu mihi, quia incolatus meus longinquus factus est. Ac si diceret: Domine multum a te recessi, peregrinatio mea facta est longinqua. Nondum ueni in patriam illam ubi cum nullo malo uicturus sum. Nondum ueni ad illam societatem angelorum, ubi scandala non timebo. Quare autem nondum sum ibi? Quia incolatus meus longinquus factus est. Incolatus peregrinatio est. Incola dicitur qui habitat in terra aliena, non in ciuitate sua. Longinquus factus est incolatus meus. Et ubi longinquus? Aliquando fratres mei cum peregrinatur homo inter meliores uiuit quam in patria sua forte uiueret, sed non sic est quando de Hierusalem illa caelesti peregrinamur. Mutat enim homo patriam, & aliquando illi in peregrinatione bene est. Inuenit amicos fideles peregrinando quos in patria inuenire non potuit. Inimicos habuit ut de patria pelleretur & peregrinaretur, inuenit quod non habebat in patria. Non sic est patria illa Hierusalem ubi omnes boni, quicumque inde peregrinatur in malos est. Nec recedere a malis potest nisi cum redierit ad societatem angelorum, ut ibi sit unde peregrinatur, ubi omnes iusti & sancti qui fruuntur uerbo dei sine lectione, sine literis. Quod enim nobis per paginas scriptum est, per faciem dei illi cernunt. Qualis patria?

Aug.

Psal. 119.

LIBER PRIMVS.

magna patria, & miseri, peregrini ab illa patria. Sed quid ait iste? longinqua facta est peregrinatio mea. Iste iam volens redire cognoscit infelicitatē peregrinationis suæ, quia cognouit illam, redit, & ad beatā desiderat ascendere patriam.

Qualiter plangere debent captiui patriā suā æternam Hierusalem. Cap. XIX.

**G**emamus omnes, gemamus singuli in hac captiuitate, in hac mortalitate, suspiremus, desideremus patriā nostram Hierusalē cælestem. Tendamus ad conditorē nostrū eiusdem ciuitatis fabricatorem, petamus ei bonorū operæ sumptus, ut mereamur peruenire ad eum, & in domo eius habitare omnibus diebus vitæ nostræ, hoc est, perenni vita. Hanc domum æternam, quam ex deo habemus in cælis, diligebat ille qui dicebat: Domine dilexi decorum domus tuæ, & locū habitationis gloriæ tuæ. Et iter: Quam dilecta tabernacula tuā domine virtutum, cōcupiscit & deficit anima mea in atrio dñi. Quia melior dies vna in atrijs tuis super milia. Nam & ipse ad dominum sitiēter peruenire desiderabat, cum dicebat: Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem domini. In hac em̄ positi peregrinatione ploremus coram domino qui fecit nos, quia ipse dominus deus omni cōtritione cordis & corporis redire desideremus ad illam supernam Hierusalē, quæ est mater omnium nostrum. Ab illa peregrinamur in hac misere

Aug.

Psal. 25.

Psal. 83.

Eodem

Psal. 41.

Aug.



HAY. DE VARIET. LIB.

ra vita, ad eius reditum suspiremus. Tam diu miserī  
& laborantes sumus, donec ad illam redeamus, vbi  
videre possimus deum deorū in sancto mōte Zion.

Quod nemo mortaliū dicere potest, quā  
tā iustoz sint gaudia in cælo. Cap. XX.

Aug.  
1. Cor. 2.

**H**V manus sermo nec explicare potest nec co-  
gitare, quæ & quanta sint gaudia in cælo te-  
stante Paulo apostolo: Quod oculus nō vi-  
dit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quæ  
præparauit deus diligētibus se. Diligamus igitur  
ex toto corde, omnibusq; viribus deum ipsam quā  
electis suis, p̄misit beatitudinē desiderātes. Terrena  
omnia & trāsitoria nobis pro amore cælestis patrie  
vilescant, totis animæ viribus tendamus illuc, inter-  
nis cordis affectibus suspiremus illuc. Petamus oēs  
cum lachrymis, petamus singuli Deum, vt inhabite-  
mus in domo eius omnibus diebus vitæ nostræ, &  
mereamur videre bona eius in terra viuentiū. Hæc  
de qualitate futuræ beatitudinis, ex diuinis sanctorū  
patrum libris pauca excerpta sufficiant. Nunc igitur  
quibus ad eam bonorum operū passibus cur-  
rendum sit, adiuuante domino carpen-  
do flores ex catholicorum pa-  
trū edictis demōstremus.

Finis libri primi.

LIBER SECVNDVS.

SECVNDI LIBRI CAPITVLA.

- I De laude charitatis & quod ipsa sit mater omnium virtutum.
- II Quod charitas ad innumera bona opera multiformiter extendatur.
- III Quæ & quanta bona operata sit charitas in sanctis patribus.
- III Quibus modis charitas constat.
- V Quod sine charitate nulla bona profunt.
- VI Qualitè verba beati Pauli apostoli de charitate intelligenda sint.
- VII Qualiter charitas erga deum & qualiter erga proximū sit exhibēda.
- VIII Quod tantę virtutis sit charitas, vt omnē legem & vniuersa mandata dei in ea possumus complere.
- IX Qualitè per charitatem in deo diligitur amicus, & propter deum diligitur inimicus.
- X De spe.
- XI Quod illis tantummodo proficit spes, q̄ ab actione praua quiescunt.
- XII De spe non ponenda in homine.
- XIII Qualiter spes crescit inter aduersa.
- XIII De fide.
- XV Quod nisi per fidē q̄ per dilectionē operatur, nemo potest peruenire ad requiem.
- XVI Quæ sit differentia inter fidem & spem.
- XVII Quid inter se differāt spes, fides, charitas.
- XVIII De Oratione.

HAY. DE VARIET. LIB.

- XIX De laude & vtilitate orationis.  
XX De reuerentia & deuotione orationis.  
XXI Quod ipsa est acceptabilis deo oratio, q̄  
fine odio fraterno funditur.  
XXII Qualiter semper sine aliqua intermissiōe  
orare possumus.  
XXIII Quod cum oratione omnia sunt agēda.  
XXIII Quod oratio tūc pretiosior fit, cum ei ele  
emosyna cōiuncta fuerit.  
XXV De Ieiunio exterioris interiorisq̄ hoīs.  
XXVI Quod illud est perfectū Ieiuniū, q̄d cū ora  
tione & misericordia commendatur.  
XXVII De Eleemosyna.  
XXVIII Quod multiplex sit eleemosynarū virtus.  
XXIX De laude & vtilitate eleemosynarum.  
XXX Quod per eleemosynā omnium peccato  
rum tribuatur remissio.  
XXXI Quā pie ac salubriter ad eleemosynæ  
studiū diuina nos instruat scriptura.  
XXXII De Humilitate.  
XXXIII De laude humilitatis.  
XXXIII Quod per autoritatē humilitat̄ sancti vi  
ri culpas delinquentium feriunt.  
XXXV De patientia.  
XXXVI De laude patientiæ.  
XXXVII Exempla sanctorū patrum de patientia.  
XXXVIII Testimonia sacrarū scripturarū de paciētia  
XXXIX De Tolerantia.  
XL Qualis debeat esse tolerantia seruorū dei  
tempore tribulationis.

## LIBER SECVNDVS.

- XLI De Indulgentia.  
XLII De Misericordia.  
XLIII De Compassione.  
XLIII De Castitate.  
XLV De Obediētia.  
XLVI Qualiter subditi obediētes sint Præpo-  
fitis suis.  
XLVII Quomodo inuicē obedire debemus.  
XLVIII Qui vere deum diligunt ultra vires suas  
obedire desiderant.  
XLIX De laude & qualitate obedientiæ.  
L De opere manuum.  
LI Quod nihil eis profit, qui facultates suas  
abiiciunt, si voluntates proprias nō relinquūt.  
LII Qualiter viuere debeant qui Christū imi-  
tari desiderāt.  
LIII De actiua vita.  
LIII De contemplatiua vita.  
LV Quæ & quanta sit in hac carne vitæ con-  
templatiuæ perfectio, vel qualiter ei perfruēdi  
mundi contemptores inhæreant.  
LVI Quid inter se differant actiua & cōtem-  
platiua vita.  
LVII De compunctiōe cordis.  
LVIII Quod duo sunt genera compunctiōis.  
LIX Quod contrariæ sint inter se cordis com-  
punctiō & delitiæ, & quā magna in Dauid fu-  
erit compunctiō.  
LX De recordatione peccati.  
LXI De confessione peccati.

HAY. DE VARIET. LIB.

- LXII De Pœnitentia.  
LXIII Qualis debeat esse modus pœnitentiæ.  
LXIII De laude & vtilitate pœnitentiæ.  
LXV De laude & vtilitate lachrymarum pœnitentium.  
LXVI Qui sint fructus digni pœnitentiæ, & qualiter pati vim regnum cœlorum potest.  
LXVII De perseuerantia boni operis.

D. HAYMONIS EPI-

SCOPI HALBERSTATTENSIS, DE VARIETATE librorum, siue de Amore cœlestis patriæ liber secundus.

De laude charitatis, & quod ipsa sit mater omnium virtutum, Caput. I.



Aug.  
1. Ti. 1.

Ioan. 13.  
Grego.

Charitas est mater, fons, & origo omnium sanctarum virtutum & omnis præcepti finis. De qua dicit Apostolus: Finis autem præcepti est charitas de puro corde & conscientia bona, & fide non ficta. Ad charitatem autem referuntur omne præceptum. Unde dominus ait: Hoc est præceptum meum ut diligatur inuicem. Omne enim mandatum de sola dilectione est, & omnia unum præceptum sunt, quia quicquid præcipitur in sola charitate solidatur.

## LIBER SECVNDVS.

Vt enim multi arboris rami ex vna radice prodeunt,  
 sic multæ virtutes ex vna charitate generantur. Nec  
 habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si non  
 manet in radice charitatis. Præcepta ergo dominica  
 & multa sunt, & vnum. Multa per diuersitatem ope Aug.  
 ris, vnū in radice dilectiōis. Caritas quippe dei est,  
 & proximi. Et vtiq; in his duobus præceptis tota lex  
 pendet & prophetæ. Adde euangeliū, adde aposto  
 los, non enim abunde vox ista: Finis præcepti est  
 charitas. Et, Deus charitas est, & qui manet in chari- 1. Ti. r.  
 tate (dicente apostolo Ioanne) in deo manet & de 1. Ioan. 4.  
 in eo. Est autem charitas recta voluntas ab omni-  
 bus terrenis ac presentibus prorsus auersa, iuncta deo Prosp.  
 inseparabiliter, & vnita igni quodam sancti spiritus  
 à quo est, & ad quem refertur incensa. Inquinamen-  
 ti omnis extranea, corrumpi nescia, nulli vitio muta-  
 bilitatis obnoxia, supra omnia quæ carnaliter dili-  
 guntur excelsa, affectionum omnium potentissima,  
 diuinæ cōtemplationis auida, in omnibus semper in-  
 uicta, summa actionū bonarū, salus morū, finis cele-  
 stiū præceptorū, mors criminum, vita virtutū, virtus  
 pugnantium, palma iustorū, anima sanctarum men-  
 tium, causa meritorum bonorū, præmiū perfectorū.  
 In peccatis suis mortuos suscitatur, languentes sanat,  
 perditos instauratur, spem desperatis inspiratur. Pacifi-  
 cas mentes inhabitatur, fructuosa in pœnitentibus, læ-  
 ta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, vi-  
 ctoria in martiribus, operosa in omnibus omni-  
 no fidelibus. Quam fides cōcipit, ad quam spes cur-  
 rit, cui profectus omniū seruit. Ex qua quicquid est

## HAY. DE VARIET. LIB.

boni operis viuit, sub qua obediētia crescit, per quā  
patientia vincit, propter quā carnalia blandimenta  
deuotio religiosa cōtemnit, sine qua nullus deo pla-  
cuit cum qua nec potuit aliquis peccare nec poterit.  
Hæc est charitas vera, germana, perfectā, quā excel-  
1. Cor. 12. lentio rem viam nominat sanctus Apostolus. Et ve-  
re ipsa est via quę ducit per se ambulantes ad patriā.  
Quia sicut sine via nullus peruenit quo tendit, ita si-  
ne charitate, quę dicta est via, nō ambulare possunt  
homines sed errare.

Quod charitas ad innumera bona mul-  
tiformiter extendatur. Cap. II.

Ro. 13.  
Gal. 6. **P**lenitudo legis (vt Paulus ait apostol<sup>o</sup>) dilectio  
est. De hac iterum dicit: Inuicem onera vestrā  
portate & sic adimplebitis legem Christi. Lex  
etenim Christi quid cōgruentius intelligi potest, q̄  
charitas: quam tunc vere perficimus, cum fraterna  
onera ex amore toleram<sup>o</sup>. Vnde & per beatū Iob di-  
Iob. 11. citur, quod multiplex sit lex eius. Quid etenim hoc  
loco dei lex accipi, nisi charitas debet: per quā semp  
in mente leguntur præcepta vitæ qualiter in actiōe  
teneantur. Sed hæc eadem lex multiplex dicitur, quā  
studiose per sollicitudinē charitas ad cuncta virtu-  
tum facta dilatatur. Quæ à duobus quidem præcep-  
tis incipit, sed se ad innumera extendit. Huius nāq;  
legis initium dilectio dei est, ac dilectio pximi. Sed  
Exo. 10. dei dilectio per tria distinguitur, quia ex toto corde,  
tota anima, & ex tota fortitudine diligenti conditor iu-

LIBER SECVNDVS.

betur, Qua in re notādum est, quod diuinus sermo cum deum diligere praecipit, nō solum narrat ex quo, sed etiam informat ex quāto, cum subiungit, ex toto: vt videlicet qui perfecte deo placere desiderat, sibi de se nihil relinquat. Proximi autē dilectio ad duo praecepta deriuatur, cum & per quendam iustū dicitur: Quod ab alio tibi odis fieri, vide ne tu alteri facias. Et per semetipsam veritas dicit: Quae vultis vt Mat. 7. faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Quibus duobus, scilicet vtriusq; Testamēti mādati per vnū malitia compescitur, per aliud benignitas praerogatur, vt malum quod pati non vult quisq;, non faciēs cesset à nocendi opere. Vt rursus bonum quod sibi fieri appetit impendens, erga vtilitatē se proximi exerceat ex benignitate. Sed hae nimis duo dum sollicita intētionē cogitantur, cor ad innumera virtutum ministeria tenditur, ne vel ad inferenda, quae non debet, desiderijs inquieta mens ferueat, vel erga exhibenda quae debet ocio resoluta torpescat. Nam cum cauet alteri facere quod nequaquam vult ab altero tolerare, sollicita se intentione circūspicit ne superbia eleuet, & vsq; ad despectum proximi animū deiciens exaltet, ne ambitio cogitationē laniet, cumq; hāc ad appetenda aliena dilatat, angustet: Ne cor luxuria polluat, & subiectum desiderijs per illicita corrūpat. Ne ira exasperet, & vsq; ad proferendam cōtumeliā inflammet. Ne inuidea mordeat, & alienis felicitatibus emula suauitatis pertrahat, eamq; vsq; ad lasciuam obrectationis extendat. Ne odium malitia excitet, & vsq; ad iaculum maledictiōis irriter. Rursum



## HAY. DE VARIET. LIB.

cum cogitat vt ea alteri faciat, quæ ipsa sibi fieri ab altero expectat, pensat nimirum vt malis bona, vt bonis meliora respondeant: vt erga procaces mansuetudinem longanimitatis exhibeat, vt malitiæ peste languentibus gratiam benignitatis impendat, vt discordes ad pacem veniant, vt concordēs ad concupiscentiam veræ pacis accingat, vt indigentibus necessaria tribuat, vt errantibus viam rectitudinis ostendat, vt afflictos verbo & compassione mulceat, vt accensos in huius mundi desiderijs increpatione restringat, vt minas potentium ratiocinatione mitiget, vt oppressorū angustias quanta præualet ope, leuet, vt foris resistentibus opponat patientiam, vt intus superbientibus exhibeat cum patientia disciplinam, vt erga errata subditorū sic mansuetudo zelum tempereret, quatinus à iusticiæ studio non eneruet. Sic adulationū zelus ferueat, ne tamen pietatis limitem feruendo transcendat. Vt ingratos beneficijs ad amorem prouocet, vt gratis quoque ministerijs in amore seruet. Vt proximorū mala cum corrigere non valet, taceat, vt quæ, cum corrigi loquendo possunt, silentium consensum esse pertimescat. Vt sic ea quæ tacet toleret, ne tamen in anima virus doloris occultet. Vt sic maleuolis minus benignitatis exhibeat ne tamen per gratiã à iure rectitudinis excedat. Vt cuncta proximis quæ præualet impendat, sed hæc impendendo non tumeat, Vt sic in bonis quæ exhibet tumoris præcipitiū pauēat, ne tamen à bono exercitio torpescat. Vt sic quæ possidet tribuat, quatenus quanta sit largitas remunerantis attendat, ne cum terrena largitur, suam plus quam

## LIBER SECVNDVS.

neceſſe eſt inopiam, & in oblatione muneris hilaritatis lumen triſticia obſcuret. Bene ergo voce beati Iob, lex dei multiplex dicitur. Quia nimirum cum vna eademque ſit charitas, ſi mentem plene coeperit, hæc ad innumera opera multiformiter accendit.

Quæ & quâta bona operata ſit charitas  
in ſanctis patribus. Caput .III.

**C**haritas namque per Abel, & electa deo munera obtulit, & fratris gladios, non reluctando tolleravit. Charitas Enoch & inter homines vivere ſpiritualiter docuit, & ad ſublimem vitam ab hominibus etiam corpora abſtraxit. Charitas Noë, deſpectis omnibus ſolū deum placabilem oſtendit, vt quæ arcæ fabricam ſtudio longi laboris exercuit, & mūdo ſuperſtitem pio opere exercendo ſuperavit. Charitas per ſemet Iaphet humiliter verenda patris erubuit, & ſuperiecto dorſis pallio, quæ nō videbat abſcondit. Charitas Abrahæ dextram, quia ad mortem filio obediendo extulit, hunc proliſ innumeræ gentium patrē fecit. Charitas Iſaac mentem, quam ſemper ad munditiam tenuit, caligantibus ætate oculis, ad videnda longe poſt ventura dilatauit. Charitas Iacob cōpulit, & amiſſum bonum filiū medullitus gemere, & prauorū filiorum præſentiam ſub æquimitate tolerare. Charitas Ioseph docuit à fratribus venundatum, & libertate animi infracta, ſeruitium perpeti, & eiſdem poſt fratribus mente non elata præcipari. Charitas Moysen delinquente populo & vſque ad petitionē mortis in precibus ſtrauit, & vſque ad in-

Orig.

HAY. DE VARIET. LIB.

perfectiorem populi per zeli studiū erexit, vt & p  
 pereunte plebe sese morti obijceret, & contra peccan-  
 tem protin<sup>9</sup> vice domini irascētis sēuiret. Charitas  
 Phinees brachium in vltione peccantiū erexit, vt ar  
 repto gladio coeuntes transfigeret, & iram domini  
 iratus placaret. Charitas Iesu exploratorē docuit, vt  
 & prius cōtra falsiloquos ciues veritatem verbo de  
 fenderet, & hanc postmodum gladio contra hostes  
 alligaret. Charitas Samuel & in principatu humilē  
 praeiuit, & integrū in deiectione seruauit, qui cum p-  
 sequentem se plebem diligeret, ipse sibi testimonio  
 extitit, quia culmē ex quo deiectus est non amauit.  
 Charitas Dauid ante iniquū regem, & humilitate cō  
 mouit ad fugā, & humilitate repleuit ad veniam, q  
 persecutorē suum & timendo fugit vt dominū, & ta  
 men cum potestatem feriendi repperit, non agno-  
 uit inimicū. Charitas Nathan & contra peccantem  
 regem in auctoritatem liberæ increpationis sustulit,  
 & cum regis culpa deesset, in petitione humiliter fra-  
 uit. Charitas per Isaiam nuditatem carnis in prædi-  
 catione non erubuit, & subducto carnali velamine  
 mysteria superna penetrauit. Charitas Heliam, quia  
 feruoris zelo viuere spiritualiter docuit, ad vitam q̄q̄  
 & corporaliter abstraxit. Charitas Heliseum, quia  
 magistrum diligere simpliciter instituit, magistri spi-  
 ritu dupliciter impleuit. Per charitatē Hieremias ne  
 in Aegyptum populus descēderet, restitit, sed tamē  
 & inobedientes diligens, quo descendere prohibuit,  
 & ipse descendit. Charitas Ezechielem, quia prius à  
 terrenis desiderijs se sustulit, post per cinnamum ca-

## LIBER SECVNDVS.

pitis in aëre librauit. Charitas in Daniele, qui à regis dapibus gulam cōpescuit, ei & esurientiū ora leonum clausit. Charitas tribus pueris, quia in tranquillitate positis incendia vitiorū subdit, tribulationis tēpore & flāmas fornacis temperauit. Charitas in Petro & minis terrētium principum fortiter restitit, & in circūcisione submouenda minoris verba humiliter audiuit. Charitas in Paulo & manus persecquentium humiliter pertulit, & tamen in circūcisionis negotio, longe se impares & priores sensu audenter increpauit.

### Quibus modis Charitas consistat.

Caput III.

**C**haritas quatuor modis consistit, hoc est, in dilectione quæ prima est, secūda vt nosmetipsos Pelag. secūdam deū amemus, tertia proximos, quarta etiam inimicos. Deum ergo plus quam nos diligere, proximum sicut nos, inimicū sicut proximum.

### Quod sine charitate nulla bona profunt.

Caput V.

**P**aulus inquit Apostolus, Si liguis hominū loquar & angelorum, charitatem aut non habuero, factus sum velut æs sonans, aut cymbalū Prosp.  
1. Cor. 13. tinniens. Hominum vel angelorum linguas, inanē facundiam quorundam significatam debemus accipere, qui docendi officium vanitate placendi magis, quam consulēdi charitate suscipiunt, & dicta sua ma

c iij

HAY. DE VARIET. LIB.

1. Cor. 13.
 Sicut cupiunt laudari quam fieri, nec de sanctitate operis, sed de sermonis elucubrati venustate solliciti sunt. Merito hi tales æramento sonanti, aut tinnienti cymbalo cõparantur, qui in modum tinnientis æramenti vel cymbali præclara quæque magis appetunt sonare quam facere. Et si habuero (inquit Apostolus) prophetiam & nouerim omnia mysteria & omnem scientiam. Et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Non ad hoc ista dicit, quasi aliqua bona sine charitate habere aliqui possint, sed quia nihil profint habentibus ea, si à charitate defecerint. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Caritas ergo habenda est ipsa & sectanda, sine qua nec eleemosynæ, nec occisio corporis, nec illa omnia superius dicta, vel alia quælibet bona perducunt aliquos ad salutem. Quia quælibet bona actio vel passio, nisi ex fide, quam per dilectionem operatur, extiterint, nobis prodesse non poterunt. Quapropter nihil eis peccati damnabilis remanere poterit, nec deerit aliquid boni, quibus charitas, omnis inquinamenti mundatio, & bonorum omnium mater, adfuerit.

Qualiter verba beati Pauli apostoli de charitate intelligenda sint. Cap. VI.

Grego. 1. Co. 13.
**C**haritas patiens est, benigna est. Non æmulari, non inflatur, non agit perperam, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irrita

## LIBER SECVNDVS.

tatur, nō cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Patiens quippe est charitas: quia illata mala equanimiter tolerat. Benigna vero est, quia pro malis bona largiter ministrat. Nō emulatur: quia per hoc, quod in presenti mundo nil appetit, inuidere terrenis successibus nescit. Non inflatur: quia cum præmium internæ retributionis anxie desiderat, de bonis se exterioribus non exultat. Non agit perperam: quia quo se in solū dei ac proximi amorē dilatat, quicquid à rectitudine discrepat ignorat. Quid si autē, Perperam agere, S. Basilius in cætera ita definiens ait: quicquid non propter vsus necessarios, sed vel ornatus causa, vel decoris alicui<sup>9</sup> fit, hoc est perperam agere. Non est ambitiosa charitas: quia quo ardentius intus ad sua fatagit, foras nul<sup>9</sup> latenus aliena cōcupiscit. Non quærit quæ sua sunt: quia cuncta quæ hic transitoria possidet, vel vt aliena negligit, cum nihil sibi esse propriū, nisi quod secum permaneat agnoscit. Non irritatur: quia & iniurijs laceffita ad nullos vltionis suę motus excitat, dum magnis laboribus maiora post præmia expectat. Non cogitat malum: quia in amore munditię mentem solidans, dum omne odium radicitus eruit, versare in animo quod inquinat nescit. Non gaudet super iniquitate: quia quo sola dilectione erga omnes inhiat, nec de perditione aduersantiū exultat. Congaudet autē veritati: quia vt cæteros diligens, per hoc, quod rectum in alijs conspicit, quasi de augmento proprii prouectus hilarascit. Omnia suffert: Prosp.  
quia omnes inquietos vel inquietudines fundata ani<sup>9</sup> l. Cor. 13.

HAY. DE VARIET. LIB

mi tranquillitate suffert. Omnia credit: quia post hanc vitam, pœnas diuinitus cōminatas credit non metuendo. Omnia sperat: quia præmia præmissa sperat gaudendo. Omnia sustinet: quia reuelationē filiorū dei desiderat fortiter sustinendo. Charitas nunq̄ excidit: non excidit dicit, id est, elapsa non est, vel non excessit. Ipsa enim sola permanet in futurū, vel recte, quia vera est, non mutabitur.

Qualiter charitas erga deū, ⁊ qualiter erga proximū sit exhibenda. Cap. VII.

**E**Rgo si charitatem deo exhibeamus & proximo de corde puro & conscientia bona & fide non ficta, facile peccato resistimus, bonis omnibus abundamus, seculi blandimenta contemnim⁹, & omnia quæ difficilia sunt humanæ fragilitati vel aspera etiam, cum dilectione perficimus, si tamē deum charitate quæ nobis ab illo, ex toto corde ex tota anima, & totis viribus diligamus. Ex ea em̄ parte quis peccat, ex qua minus diligit deum. Quem si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis vnde peccati desiderijs seruiamus. Et quid est diligere deum nisi illo occupari animo, cōcipere fruendæ visionis ei⁹ effectui peccati odium, mundi fastidium, diligere etiam proximū quem in se sensuit diligendum. Illi vero ex toto & plus q̄ se diligūt deū, qui pro eius amore, suæ ad tempus saluti non parcūt, seipsos tribulationi ac periculis tradunt. Nudari facultatibus proprijs, patriæ suæ extorres fieri. Parentibus & vxoribus & filijs renunciare parati sunt, & vt in totum di

LIBER SECVNDVS.

cā, ip̄am corporis mortē nō solū nō refugiūt, sed etiā libenter excipiūt, ambiētes à corporis sui vita magis, q̄ à deo vita vitæ suę discedere. Proximos nostros sicut nos diligere debemus. Non illi tm̄ proximi n̄ri credēdi sunt, quos nobis gradus sanguinis iūgit, sed pximi nostri credēdi sunt oēs hoīes naturæ nostræ participes. Secundū nos proximos oīes diligimus, qñ ad mores bonos & ad æternā vitā consequendā sicut nobis, eorū salutē cōsulimus, qñ nos in eorū peccat̄ ac periculis cogitamus, & sicut nobis subueniri optarem⁹ ita eis pro viribus subuenimus, aut si facultas defuerit, voluntatē subueniēdi tenem⁹. Quapropter hęc est proximi tota dilectio, vt bonū qđ tibi cōferri vis velis & pximo. Et oīm profectus tuos esse credas, & de peccat̄ aliorū tanq̄ de proprijs misericorditer lugeas. Hęc est em̄ charitas quā habere debem⁹ inuicē, sicut dñs oñdit & docuit, dicēs: Diligite inuicē sicut & ego dilexi vos. Maiorē hac dilectio nē nemo habet, quā vt animā suā qs ponat pro amicis suis. Si autē & animā poni oportet, quāto magis in alijs votū & studiū debet intelligi, sine dubio nō fm̄ humanas volūtates, sed fm̄ illū prospectū in q̄ est cōmune omniū propositū placandi dominum.

Basil.  
Ioan. 13.

Quod ne tantæ virtutis sit charitas, vt omnem legē ⁊ vniuersa mandata dei in ea possimus complere. Caput VIII.

**Q**uantē autē virtutis sit charitas in cōsequēti b⁹ ponit Apostol⁹ cū ait: Qui em̄ diligit pximū legē impleuit. Nā nō adulterabis, nō occides, nō furtū facies, nō falsum testimoniū dices, nō

Ro. 13.



HAY. DE VARIET. LIB.

concupisces, & si quod est aliud mandatū in hoc verbo instauratur, Diliges proximū tuū tanq̄ teipsum. Et ad vltimum rationē tāti huius boni breuiter colligens, ait: Dilectio proximi malum non operatur. Ro. 13. Plenitudo legis est dilectio. Supra dixerat, quia qui diligit proximū, legem impleuit. Et quia difficile videbatur, quomodo quis posset omnem legē in vno sermone cōplere, plenissimam reddit rationē dicēs: Dilectio proximi malum nō operatur. Et ideo plenitudo legis est dilectio. Pone ergo per singula mandata legis dilectionem, & vide quā facile cūcta cōplentur. Nūquid qui diligit proximū, occidere eum potest? Certum est quod nemo quem diligit interficit. Est ergo dilectio per quam impletur mādatum quo præcipitur, non occides. Similiter & qui proximum suum diligit, in vxorē eius adulteriū non committit. Et qui diligit proximū suum quæ eius sunt nō furat. Et q̄ diligit proximū suū, aduersus eū nō dicit falsum testimoniū. Similiter & cætera mandata legē si sit erga proximū dilectio, absq̄ aliquo labore seruātur. Potest & ita intelligi, quod proximus noster sit Christus secundum euangelij sententiam, qui venit & iacentes nos vulneratos à latronibus & nudatos à dæmonibus, iumēto corporis sui superposuit, & ad stabulum ecclesię detulit, & cætera. Hunc ergo proximum, si diligamus omnem legem & vniuersa mandata, in ipsius amore complemus.

**Qualiter per charitatē in deo diligitur amicus, ⁊ propter deū diligitur inimicus.**

## LIBER SECVNDVS.

## Caput IX.

**S**I quis quemlibet amat sed propter deum non Grego.  
amat, charitatē non habet, sed habere se putat.  
Charitas autē vera est cum & in deo diligitur  
amicus, & propter deum diligitur inimicus. Ille em̄  
propter deum diligit eos quos diligit, qui etiam eos  
diligere à quibus non diligitur scit. Probari autē cha-  
ritas per solam odij aduersitatē solet. Vnde & per se-  
metipsum dominus dicit: Diligite inimicos vestros,  
benefacite his qui vos oderūt. Ille ergo secur⁹ amat, Mat. 5.  
qui propter deum & illum amat, à quo se intelligit  
non amari, Difficile quippe est omnem vim charita-  
tis exprimere, cum omnia dei præcepta sola posside-  
at charitas, dicēte beato Augustino: Totam magni-  
tudinē & altitudinem diuinorū eloquiorum secu-  
ra possidet charitas, qua deum proximumq; diligi-  
mus. Hæc in aduersitatibus tolerat, in prosperitati-  
bus tēperat, in duris passionibus fortis, in bonis opi-  
bus hilaris, intentatiōe tutissima, in hospitalitate lar-  
gissima, inter veros fratres latissima, inter falsos pa-  
tientissima. Sufficiant autē hæc quæ de charitate scri-  
pta sunt, nunc autē de cæteris virtutibus, prout au-  
tor lucis dare dignabitur, insistendum est.

## De Spe. Cap. X.

**S**Pes est bonorum spectatio futurorū que expri Cassiod.  
mit humilitatis affectum & sedulæ seruitutis ob-  
sequium. Spes autē vocata quod sit pes progre-  
diendi quasi est pes. Vnde econtrario dicitur despe-  
ratio, cui nulla est progrediendi facultas. Quia dum

HAY. DE VARIET. LIB.

quisquis peccatū amat futuram gloriā nō sperat. Ille enim fiducialiter expectat, qui eius mandata fideliter seruat.

Quod illis tantūmodo proficit spes, qui ab actione praua quiescunt. Cap. XI.

Isido. **Q**ui male agere non desistūt vana spe indulgentiam de dei pietate requirunt, quam recte quærerent si ab actione praua cessarēt. Metuēdum valde est vt neq; per spem veniæ quam promittit deus perseueranter peccem⁹, neq; quia iuste peccata distringit, veniā desperemus, sed vtrūq; periculum euitemus, & à malo declinem⁹, & de pietate dei veniam speremus. Omnis quippe iustus spe & formidine nitet, quia nunc illum ad gaudiū spes erigit, nunc formidinē terror gehennæ addicit.

Despe non ponēda in homine. Ca. XII.

Aug. **S**pe em̄ (vt ait apostolus) salui facti sumus. Non enim est spes ponenda in homine, quia maledictus omnis (sicut diuina testantur eloquia) qui spem suam ponit in homine. Ac per hoc, & in seipso qui spem suam ponit, huius maledictionis vinculo innectitur. Ideo non nisi à domino deo petere debemus, quicquid speramus vel bene operaturos, vel p bonis operibus adepturos. Ponamus igitur spem in domino, instruente Dauid, dicente: Mihi autem adherere deo bonum est, ponere in domino deo spem meam. Et iterum: Spes mea in deo est.

Pfal. 72.  
Pfal. 61.

LIBER SECVNDVS.

Qualiter spes crescit inter aduersa.

Caput XIII.

**T**anto namq[ue] spes in deum solidior surgit, quã  
to pro illa quisq[ue] gauiora pertulerit. Quia ne-  
qua[m] retributionis gaudium de eternitate col-  
ligitur, quod non hic prius pia tribulatione semina-  
tur. Hinc enim per Psalmistam dicitur: Euntes  
ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes  
autẽ veniẽt in exultatiõẽ portãtes manipulos suos.

Greg.

Psal. 135.

De Fide. Caput XIII.

**F**ides enim est iustitiã fundamentũ, quam nulla  
opera bona præcedunt, & ex qua omnia bona  
procedunt. Ipsa nos à peccatis omnibus pur-  
gat, mentes nostras illuminat, deo reconciliat, cun-  
ctis participibus naturã nostrã cõsociat, spem nob[is]  
futurã remunerationis inspirat, auget in nobis vir-  
tutes sanctas, ac nos in ear[um] possessione confirmat.

Prosp.

Quod nisi per fidem, quã per dilectionẽ  
operatur, nemo potest venire ad requiem.

Caput XV.

**N**emo potest ad veram peruenire beatitudi-  
nem, nisi per fidem. Sine fide em̄ (vt ait Scri-  
ptura) impossibile est placere deo. Fidem sci-  
licet illam quã per dilectionem operatur, quia vt Ia-  
cobus ait apostol[us]. Fides sine operibus mortua est.  
Et iterum: Quid proderit fratres mei, si fidem quis  
dicat se habere, opera autem non habeat, nunquid

Heb. 11.

Iaco. 2.

Ibidem

poterit fides saluare eum? Fides sine operibus ocio-  
sa est. Beatus autē est qui & recte credendo bene vi-  
uit, & bene viuendo fidem rectā custodit. Frustra si-  
bi de sola fide blanditur, qui bonis operibus non or-  
natur. Multi fide tātum Christiani sunt, opere vero  
à Christiana doctrina dissentiūt. Est autem fides,  
virt<sup>9</sup> p̄clara, per quam sancti patres vniti sunt deo  
Cap. ii. Lege ad Hebreos epistolā Pauli apostoli, & iuenies.

## Quæ sit differentia inter fidem ⁊ spem.

Caput XVI.

Aug. **E**st itaq; fides bonarum rerū & malarum, quia  
& bona creduntur & mala & hoc fide bona  
non mala. Est etiam fides & præteritarū rerū,  
& præsentium, & futurarum. Credim<sup>9</sup> em̄ Christū  
mortuum quod iam præterijt, credim<sup>9</sup> sedere ad de-  
xtram patris, quod nunc est, credimus venturū ad iu-  
dicandum, quod futurū est. Item fides & suarū rerum  
est & alienarū. Nam & se quisq; credit aliquando es-  
se cœpisse, nec fuisse vtiq; sempiternum. Et alios atq;  
alia nec solum de alijs hominibus multa, quæ ad re-  
ligionem pertinent, verum etiā de angelis credim<sup>9</sup>.  
Spes autem non nisi bonarum rerū est, nec nisi futu-  
rarum, & ad eum pertinentium, qui earū spem gere-  
re perhibetur. Quæ cum ita sint propter has causas  
distinguenda erit fides à spe, sicut vocabulo, ita ratio-  
nabili differentia. Nam quod attinet ad non videre,  
siue quæ creduntur siue quæ sperantur fidei speiq; cō-  
mune est. In epistola quippe ad Hebreos, qua teste  
Cap. ii. vfi sunt illustres catholicæ regulæ defensores, fides

LIBER SECVNDVS.

esse dicta est, cognitio rerū quæ non videntur. Quā-  
uis quandoq; se quisq; non verbis, non testibus, non  
deniq; vllis argumentis, sed præsentium rerū euiden-  
tiæ dicit credidisse, hoc est, fidem accōmodasse. Non  
ita videtur absurdus vt recte reprehendatur in ver-  
bo, eiq; dicatur: vidisti? ergo non credidisti: vnde pu-  
tari potest, non esse cōsequens vt non videatur res  
quęcunq; creditur. Sed melius hanc appellamus fidē  
quam diuina eloquia docuerunt: earum scilicet rerū  
quæ non vidētur. De spe quoq; Apostolus ait: Spes Ro. 8.  
quæ videtur, non est spes. Quod em̄ videt quis, quid  
sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per  
patientiam expectamus. Cum ergo nobis bona fu-  
tura esse creduntur, nihil aliud quàm sperantur. Iam  
de amore quid dicam, sine quo fides nihil prodest?  
Spes vero esse sine amore non potest. Deniq; vt ait Iaco. 2.  
apostolus Iacobus: Et dæmones credunt & contre-  
miscunt: Nec tamē sperant vel amant, sed potius qđ  
speramus & amamus, credendo venturū esse formi-  
dant. Propter quod & apostolus Paulus, fidem quæ Gal. 5.  
per dilectionem operatur, approbat atq; commen-  
dat, quæ vtiq; sine spe non potest esse. Proinde nec  
amor sine spe est, nec sine amore spes, nec vtrumq;  
sine fide.

Quod inter se differant spes, fides, cha-  
ritas. Caput XVII.

**N**Vnc autē manet, ait apostolus Pau. spes, fides,  
charitas, tria hæc, maior autē horum est cha- Cor. 13.  
ritas. Fides in spem proficit, Spes vero ad cha-  
ritatem.

## HAY. DE VARIET. LIB.

ritatem. In presenti vero sunt tria, in futuro sola charitas sanctorum & angelorum & dei. Quicquid fides & spes promiserat cōsummabit. Maius ergo est **Prosp.** quod semper erit, quam quod aliquñdo cessabit. Ceterum prophetiæ & mysteriorū omniū noticia vel scientia, nec non & ipsa fides vel cætera talia, quæ nō perfectione fidelium, sed fragilitate necessaria indicantur, in illa perfectiōe iustorum, quo in charitate radicati contendunt, peruenientibus necessaria esse non poterunt, sed sola charitas ibi perfecta erit, cum perfectos deo, à quo donata est, cōiunxerit.

### De Oratione. Caput XVIII.

**Cyp.** **D**ominus enim noster Iesus Christus non tm̄ verbis, sed & factis orare nos docuit. Ipse orans frequenter & deprecans, & quid nos facere oporteret exempli sui cōtestatione demonstrans, sicut scriptū est: Ipse autem fuit secedens in solitudines & adorans. Et iterum: Exiuit in mōtem orare, & fuit pernoctans in oratiōe dei. Quod si ille orabat qui sine pctō erat, quanto magis pctōres oportet orare. Et si ille per totam noctem iugiter vigilās & continuis precibus orabat, quanto magis nos in frequentanda oratione debem⁹ nocte vigilare. De hoc & beatissimus Ambrosius episcopus ait: **Amb.** Quod autem dominus Iesus pernoctans fuit in oratione dei, forma tibi præscribitur quam debeas emulari. Quid em̄ te pro salute tua facere oportet, quando p̄ te Christus in oratione pernoctet? Quid te facere cōuenit, cum vis aliquod officium pietatis adoriri, qñ

**Mat. 14.**  
**Luc. 6.**

## LIBER SECVNDVS.

Christus missurus apostolos, prius orare curauit?

### De laude ⁊ utilitate orationis.

#### Caput XIX.

**Q**uam autem laudabilis & utilis valdeq; necessaria sit oratio, S. Ioannes Constantino-  
politanus antistes inter cætera dicit. Oratio ecclesiastica soluit vicula Petri. Oratio Pauli dilatauit prædicationis fiduciam. Oratio caminum ignis extinxit. Oratio cõclusit orationem leonũ. Oratio seditionem cõpescuit. Oratio paradysum aperuit. Oratio cæli cardines reserauit. Oratio sterilem fecundauit. Oratio Cornelij cælos penetrauit. Oratio publicanum iustificauit. Oratio frequens diaboli iacula sub mouet. Oratio frequens & cõtinua diaboli tela exuperat. Oratio frequens flammam vitiorũ extinguit. Oratio grandis est animæ munitio. Per orationes purissimas omnia nobis vtilia tribuuntur à domino, & cuncta noxia proculdubio effugantur.

Ioan.

Ifido.

Basili.

### De reuerentia ⁊ deuotione orationis.

#### Caput XX.

**Q**vando autem stamus ad orationem (vt sanctissimus martyr Cyprianus ait) inuigilare & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis & secularis abscedat, nec quicquam tũc animus quàm id solum cogitet quod precatur. Ideo & sacerdos ante orationem præfatione præmissa, parat mentes fratrum, dicendo: Sursum corda, vt dum respondeat plebs: Habemus ad dñm,

Cyp.

d ij



## HAY. DE VARIET. LIB.

admoneatur nihil aliud se quàm dominũ cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus & soli deo pateat, nec ad se hostem dei tempore oratiõis adire patiatur. Obrepat em̄ frequenter & penetrat, & subtiliter fallens preces nostras à deo auocat, vt aliud habeamus in corde, & aliud in mente, quando intentione sincera deum debeat non vocis sonus, sed animus & sensus orare. Quæ aut̄ segnitia est alienari & capi ineptis cogitationibus & prophanis, cū dominum deprecaris, quasi sit aliud quod magis debeas cogitare, q̄ quod cum deo loquaris? Nam & cum quali deuotione & reuerentia sit orandum beatissimus & sanctissimus pater Benedict⁹ demonstrat dicens: Si cum hominibus potentibus v̄olumus aliqua suggerere, non præsumimus nisi cum humilitate & reuerentia, quanto magis domino deo vniuersorũ cum omni humilitate & puritatis deuotione supplicandum est. Et non in multiloquio, sed in puritate cordis & cõpunctione lachrymarum nos exaudiri sciamus.

Bene.

Quod ipsa est acceptabilis deo oratio,  
quæ sine odio fraterno funditur.

Caput XXI.

Greg. Mar. II. Mat. 6. Luc. 6. **C**VM stabitis ad orationem, inquit dominus, dimittite si quid habetis aduersus alterum. Hinc iterũ dicit: Nisi remiseritis hominibus peccata nec pater vester qui in cælis est remittet vobis peccata vestra. Hinc rersum ait: Date & dabitur vobis, dimit

## LIBER SECVNDVS.

tite & dimittetur vobis Hinc constitutione postula  
 tionis conditionem posuit pietatis dicens: Dimitte Mat. 6.  
 nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debito  
 ribus nostris. Ille recte sui delicti veniam postulat, q  
 hoc quod prius in ipso delinquitur relaxat. Dimitta  
 mus em̄ quod debetur nobis, vt dimittatur quod de  
 betur à nobis. Relinque proximo tuo (ait Salomō) Ecc̄l. 28.  
 nocenti te, & tunc deprecāri tibi pctā soluentur. Ait  
 enim apostolus Paulus: Volo itaq; viros orare in 1. Ti. 2.  
 om̄i loco, leuātes sanctas manus sine ira & discepta  
 tione. Pacificum animum in oratione esse debere, Amb.  
 vt ad effectū deducatur oratio. Sanctæ enim manus  
 sunt, quando cor mundum est.

Qualiter semper sine aliqua intermissio-  
 ne orare possumus. Caput XXII.

**A** It enim dominus: Oportet semper orare & Beda.  
 non deficere. Et apostolus. Paul⁹ dicit: Sem- Luc. 18.  
 per gaudete, & sine intermissiōe orate. Quis 2. Tes. 2.  
 aut̄ potest ita semper orare, & sine defectu vel inter-  
 missione precibus insistere, vt nec alimentum sumē  
 di, aut dormiendi tempus habeat? Aut ergo dicen-  
 dum est eum semper orare & non deficere, qui cano-  
 nicis horis quotidie iuxta ritum ecclesiasticæ traditi-  
 onis psalmodijs, precibusq; cōsuetis deum laudare  
 & rogare non desistit, & hoc esse quod Psalmista di-  
 cebat. Benedicam dominū in omni tempore, semp Psal. 33.  
 laus eius in ore meo. Aut certe omnia, quæ iustus se-  
 cundum deum gerit & dicit, adorationē esse reputā-  
 da. Quia em̄ iustus sine intermissione quæ iusta sunt

## HAY. DE VARIET. LIB.

agit, ac per hoc sine intermissione iustus orabit, nec vnq̄ ab oratione cessabit nisi iustus esse desistat. Siue em̄ māducat & bibat aut dormiat iustus, aut operetur, aut loquatur, aut aliud quid faciat, si ad gloriā & laudem dei & secundum eius voluntatem facit, oratio est.

Quod cum oratione omnia sunt agēda.

Caput XXIII.

**Amb.**  
**2. Tef. 2.**  
**Col. 4.**  
**Cyp.**  
**Aug.**  
**Hiere.**

**S**eru<sup>9</sup> em̄ dei assidu<sup>9</sup> esse debet in oratiōe, & (vt ait apostolus Paulus) sine intermissione orare. Quia sedulæ preces prouocant animū iudicis ad dandum misericordiam. Nam & idem Apostol<sup>9</sup> admonet dicens instare orationi, vigilātes in ea. Docens scilicet & ostendens eos impetrare quod postulant de deo posse quod videat deus in oratione vigilare. Neq; die vaces neq; nocte, sed cum somnus de oculis tuis ceciderit, tunc sensus tuus in oratione vigilet. Sicut em̄ militi sine armis ad bellum exire non cōuenit, ita homini Christiano procedere quolibet sine oratione non expedit. Egredientes de hospitio armet oratio, regredientibus de platea oratio occurrat. Quicquid Christianus inchoat antea orationē ad deum dirigat. Quicquid perficit, & hoc cum oratione perficiat. Et semper sensu, mente, voce, & opere omnipotentem deum oret, vt ea quæ recta & ei placita sunt, faciat, sibi cogitare, velle, dicere pariter & facere, & vsq; ad boni operis pseuerantiā, vitamq; perpetuam feliciter peruenire concedat. Frequēter namq; orationi insistat, & mala sua præterita cum la

## LIBER SECVNDVS.

chrymis vel gemitu quotidie in oratione deo confi-  
teatur, & caueat ne ad hoc rursus proruat quod se-  
fletibus planxisse cognoscit. Meminisci em̄ debet q̄d  
dicitur: Ne iteres verbū in oratione tua. Quo videli- Ecc̄l. 7.  
cet dicto vir sapiēs nequaq̄ nos prohibet saepe veni-  
am petere, sed culpas iterare. Ac si aperte dicat: Cum  
mala gesta defleueris, nequaq̄ rursus facies, quod  
in precibus iterum plangas.

Quod oratio tunc prætiosior sit, cum ele-  
mosyna cōiuncta fuerit. Cap. XXIII.

**O**Rantes autē non infructuosis nec rudis pre-  
cibus ad deum veniant. Inefficax petitio est Cyp.  
cum precatur deum sterilis oratio. Nam cū  
omnis arbor non faciēs fructum bonum excidatur  
& in ignem mittatur, vtiq̄ & sermo non habens fru-  
ctum promereri deum non potest, qui nulla opera-  
tiōe fecundus est. Et ideo diuina scriptura instruit,  
dicens, Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna. Tob. 12.  
Nam qui in die Iudicij præmium pro operibus & ele-  
mosynis redditurus est, hodie quoq; ad orationem  
cum operatiōe veniēti benignus auditor est. Sic de- Actu. 10.  
niq; Cornelius cēturio cum oraret meruit audiri. Fu-  
it faciēs multas elemosynas in plebe, & semp orās  
deum. Huic circa nonam horam astitit angelus testi-  
monium reddēs sui opis & dicēs Cornelio: Oratio-  
nes tuæ & elemosynæ tuæ ascenderunt in memori Grego.  
am coram deo. Cito orationes ad deum ascendūt,  
quæ ad eum merita nostri operis imponunt. Vnde  
& per Hieremiam prophetam dicitur, Leuem⁹ cor-

**Tre.3.** da nostra cum manibus ad deum. Ad deum quippe corda cum manibus leuare, est orationis nostræ studium cum merito boni operis imponere. De hoc & **Leo pa.** sanctus Leo papa. Oratione enim & propitiatio dei queritur, ieiunio concupiscētia carnis extinguitur, elemosynis peccata redimuntur. In orationibus fides permanet recta, in ieiunijs innocēs vita, in elemosynis mens benigna.

De ieiunio exterioris interiorisq; hominis. Caput XXV.

**Aug.** Ieiunium vniuersam esse dicimus corporis castigationē. Non est tantummodo ieiunandum à concupiscētia ciborum sed ab omni læticia temporalium delectationum. Qui igitur corpori suo ieiunia deuotus iniicit principaliter renuntiet vitijs. Cupiditatum fomites cōprimat, frāgat ineptus mētis, libidines vincat, faces auaritiæ ardētis extinguat, latiusq; factis vim dilectionis extēdat, atq; in alimenta pauperum abrupti apparatus impēdia largiatur. Omnia ergo corporis nefanda peccata animi virtute calcentur, vt & anima sanctitate corporis adiuuetur. Hoc est em̄ perfectum & rationale ieiunium, **Isido.** quādo noster exterior homo ieiunat, intetior orat. Facilius per ieiunium oratio penetrat cælum, ieiunia fortia tela sunt aduersus tentamenta demoniorum. Cito em̄ per abstinētiā deuincuntur. Ieiunia cum bonis operibus deo acceptabilia sunt. Qui autē cibis abstinent & prauē agunt, dæmones imitātur, quibus esca non est, & nequitia semper est. **Nota** Ille

## LIBER SECVNDVS.

enim bene abstinet cibus qui & à malitiæ actibus, & à mundi ieiunat ambitionibus. Vnde & Cassianus *Cassi.* ita inter cætera definiens: Nec solum nobis istud ieiunium visibilium ciborum ad perfectionē cordis, & corporis puritatem sufficere posse credamus, nisi fuerit huic animæ quoq; ieiunium copulatū. Habet namq; & illa suos noxios cibos quibus impugnata etiam sine escarū abundantia ad luxuriæ prærupta deuoluitur. Detractio, cibus est eius & quidem persuauis. Ira etiam cibus est eius, licet minime lenis, ad horam tamen infelici esu pascens ac pariter lætali sapore prosternens. Inuidia cibus est mentis, & vana gloria cibus est eius. Omnisq; concupiscentia & peruagatio cordis instabilis, pastus quidā est animę noxijs escis eam nutriens. Si eñ corporaliter ieiunātes perniciosissimis animę vitijs implicemur, nihil nob; proderit carnalis afflictio preciosiore parte pollur;. Oportet ergo exteriorem hominē ieiunantē, interiorem quoq; similiter cibus noxijs temperare.

Quod illud est perfectum ieiuniū, quod cum oratione & misericordia cōmendatur.

### Caput XXVI.

**N**Ecessaria animæ nostræ sunt ieiunia, sicut vulneribus medicina. Medelam enim confecerunt vitæ perpetuæ, ita tamē vt duarum rerum testimonio cōmendētur, id est, oratione & misericordia. Quod per solum ieiunium prodesse non posse facundissimus doctor Cassianus in vicesima

## HAY. DE VARIET. LIB

Esa. 58.
 prima collatione prophetica demonstrat testimonijs, ita. Quorundam inquit per Prophetam dominus ieiunium detestatur, ex quorum persona cum sibi obijciens ante dixisset: Quare ieiunauimus & non aspexisti? humiliauimus animas nostras & nescisti? contestim subiiciens prodidit causas cur non mererentur audiri: Ecce inquit in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut usque in hanc diem, ut audiantur in excelsis clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? Nunquid contorquere quasi circulum caput suum & saccum & cinerem sternere? Nunquid istud vocabis ieiunium & diem acceptabilem domino? Deinde infert dicens: quomodo acceptabilis fiat continentia ieiunantis, atque euidenter enunciat per se solum ieiunium prodesse non posse, nisi has quae subiiciuntur causas habuerit consequentes. Nonne hoc est inquit, ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui confracti sunt liberos & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem tuam iustitia tua & gloria domini colliget te. Tunc inuocabis & dominus exaudiet, clamabis & dicet, ecce adsum. Videt ergo ieiunium nequaquam principale bonum a domino iudicari, eo quod non per ipsum sed per

## LIBER SECVNDVS.

alia opera bonum ac deo beneplacitum fiat. Et rursum ex accedētibz causis non solum vanum, verū etiam odibile cēsetur, dicente domino: Cum ieiuna <sup>Hier. 14.</sup>uerint non exaudiam preces eorū. Illud ergo ieiunium <sup>Greg.</sup> deus approbat, quod ad eius oculos, manus elemosynarū leuat. Quod cum proximi dilectione agitur, quod ex pietate cōditur. Hoc ergo q̄d tibi subtrahis alteri largire, vt vnde tua caro affligitur, inde egē et proximi caro reparetur. Hinc etenim per Prophetam dominus dicit: Cum ieiunaretis & plangeretis, <sup>Zac. 7.</sup> nunquid ieiuniū ieiunastis mihi? Et cum comeditis & bibitis, nunquid non vobis comeditis & vobismetipsis bibitis? Sibi em̄ comedit & bibit, qui alimēta corporis, quæ sunt cōmunia bona cōditoris, sine indigētibz percipit. Et sibi quisq; ieiunat, si ea quæ ad tempus subtrahit, non pauperibus tribuit, sed v̄tri postmodum offerēda custodit. Hinc per propheta <sup>Iohel. 2.</sup> tam Iohel dicitur. Sanctificate ieiuniū. Ieiunium q̄p pe sanctificare est adiunctis bonis alijs, dignam deo abstinentiam carnis ostendere.

### De Eleemosyna. Caput XXVII.

**Q**ui enim vult ordinate dare eleemosynam, a seipso debet incipere & eam sibi primum dare. <sup>Aug.</sup> Est em̄ eleemosyna opus misericordie, verissimeq; dictum est: Miserere animæ tuę placēs deo. Propter hoc renascimur vt deo placeamus, cui merito displicet, quod nascēdo contraximus. Hæc est prima eleemosyna quam nobis debemus.



Aug.  
Luc. II.

**D**ate eleemosynā (ait dominus) & ecce omnia munda sunt vobis. Non solum ergo qui dat esuriēti cibum, sitiēti potū, nudo vestimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulū, egro vel incluso visitationem, captiuo redemptionē, debili subuectionē, cæco deductionē, tristi consolationem, non sano medelam, erranti viam, deliberanti consilium, & quod cuiq; necessarium indigenti, verē etiam qui dat veniam peccanti, eleemosynam dat. Et qui emendat verberē in quē potestas datur, vel coërcet aliqua disciplina, & tamen peccatū ei<sup>9</sup> quod ab illo læsus vel offensus est dimittit ex corde, vel orat vt ei dimittatur, non solū in eo quod dimittit atq; orat, verū etiam in eo quod corripit, & aliqua emendatōrā pœna plectit, eleemosynā dat, qui misericordiam præstat. Raphael quoq; angelus vt eleemosyna libēter ac largiter fiat hortatur, dicēs: Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Quia eleemosyna à morte liberat, & ipsa purgat pctā. Ostēdit orationes nostras ac ieiunia minus posse nisi eleemosynis adiuuētur. Deprecationes solas parum ad impetrandum valere, nisi factorū & operum accessiōe scientur. Reuelat angelus & manifestat & firmat eleemosynis petitiōes n̄as efficaciores fieri, eleemosynis vitam & periculis redimi, eleemosynis animas à morte liberari. Duæ namque sunt eleemosynæ.

Isido. Vna corporalis, argenti dare quicquid potueris, al-

## LIBER SECVNDVS.

sera spiritualis dimittere à quo læsus fueris.

## De laude ⁊ utilitate Eleemosynarum.

Caput XXIX.

**V**Endite (inquit dominus) quæ possidetis, & Luc. 11.  
date eleemosynam. Et iterum: Date eleemo- Lucæ. 12.  
synam, & ecce omnia munda sunt vobis. Et Pro. 13.

Salomon ait: Redemptio animæ viri, diuitiæ suæ.

Qui autē miseretur pauperi beatus erit. Et iterum Ecccl. 29.

Scriptura: Conclude eleemosynam in sinu pauperis

& hæc pro te exorabit ab omni malo. Ignē ardentē

extinguit aqua, ita & eleemosyna peccatum. Et iterum Pro. 27.

Qui obturat aures suas ne audiat pauperē, & ipse in Cyp.

uocabit dominū, & non erit qui exaudiat eum. Neq;

enim misericordiam dei mereri poterit, qui miseri-

cors ipse non fuerit, aut impetrabit de diuina pieta-

te aliquid in precibus qui ad precē pauperis non fue-

rit humanus. Quod iterum in psalmis spiritus san-

ctus declarat & probat, dicēs: Beatus qui intelligit su- Psal. 40.

per egenum & pauperem, in die mala liberabit eum

dominus. Nam & Daniel regi Nabuchodonosor le Dan. 4.

gitur tale dedisse cōsiliū: Propterea Rex placeat ti-

bi cōsiliū meum, & peccata tua eleemosynis redi-

me, & iniustitias tuas miserationibus pauperum, &

erit deus parcēs peccatis tuis. Quod si peccata sua re-

dimere voluisset, potuisset vtiq; euadere mala quæ

perpeffus est. Deus em̄ eleemosynis pauperum fce-

neratur, & cum datur minimis Christo datur. Ipse

em̄ in iudicio suo dicturus est, Esuriui & dedistis mi-

hi manducare, Sitiui & dedistis mihi potum. Nudus Mat. 25.

HAY. DE VARIET. LIB.

**Mat. 25.** fui & vestistis me, hospes & collegistis me. Infirmus & in carcere, & visitastis me, & cætera. Et quod fecistis vni de minimis meis, mihi fecistis. Et tunc audiet vocem illam beatam: Venite benedicti patres mei, precipite præparatum vobis regnum ab origine mundi.

Quod per eleemosynam omnium peccatorum tribuatur remissio. Caput XXX.

**Tob. 4.** **B**Eatus namque Tobias filium monens, ut eleemosynam faceret, ait inter alia: Ex substantia tua fili mi fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vilo paupere. Ita enim fiet, ut nec a te auertatur facies domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundantanter tribue. Si exiguum fuerit, etiam exiguum libenter impartire stude. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Quoniam eleemosyna ab omni peccato & a morte liberat & non patietur animam ire in tenebras.

Quam pie ac salubriter ad eleemosynæ studium diuina nos instruat scriptura.

Caput XXXI.

**Tob. 4.** **F**iducia magna erit coram summo deo eleemosynam, omnibus facientibus eam. Hinc & per quemdam sapientem dicitur. Fili eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas a paupere. Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti. Igitur quicumque

## LIBER SECVNDVS

de virtute eleemosynæ plura noscere cupit, legat librum sanctissimi martyris Cypriani, quē de eleemosyna scripsit. Et beati Maximini Taurinensis episcopi librum, quē & ipse de eleemosyna scripsit, & sufficienter inueniet.

### De Humilitate. Caput XXXII.

**H**umilitas quidem hæc est, vt omnes homines Basili.  
æstimemus superiores nobis, & omnibus nos inferiores & viliores, non solum humili pronuntiemus sermone, sed etiam intimo credam<sup>9</sup> cordis affectu.

### De laude humilitatis. Cap. XXXIII.

**D**ominus ac redemptor noster vt ad humilitatē nos prouocaret, per euangelium suum formam nobis humilitatis ostendit dicens: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Ipse etenim per Prophetam dicit: Ad quē autē respiciam nisi ad humilem & quietū et timentē sermones meos? Hinc beat<sup>9</sup> Petrus apostolus ait: Omnes autē inuicem humilitatē insinuare. Quia deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam. Esa. 66.  
1. Pe. 5. Esto in humilitate fundatus, esto omnium nouissimus. Humilia te vt exalteris. Minimum te fac omnibus, nulli te præponas, nulli te superiorem deputes. Aestima omnes superiores esse tibi, quamuis summus sis. Humilitatē tene, quia si humilitatem tenueris, gloriosus eris. Quantum enim humilior fueris tū te sequitur altitudo gloriæ. Descen-

## HAY. DE VARIET. LIB.

de, vt ascēdas, humiliare vt exalteris, ne exaltatus humilieris. Humilitas aut casum nescit, humilitas lapsum non nouit. Qui enim sibi vilis est ante deum magnus est. Et qui sibi displicet deo placet. Esto igit paruus in oculis tuis, vt sis magnus in oculis dei. Tantum em̄ eris ante deum pretiosior, quantum fueris ante oculos tuos despectior. Porta quoq; semper verecundiam in vultu de recordatiōe peccati. Puluis es, in puluere sede. Cinis es, in cinere viue. In summo honore summa tibi sit humilitas, non te extollat honor. Tanto maiori humilitate perspicuus esto, quanto magis fueris dignitate praelatus. Occasio igitur peccationis nostrae facta est superbia diaboli, & argumentum redemptionis nostrae inuenta est humilitas dei. Hostis enim noster inter omnia conditus videri super omnia voluit elatus, redemptor aut noster magnus manens super omnia, fieri inter omnia dignatus est paruus. Ergo dicatur humilibus, quia dum se deiciunt, ad dei similitudinem ascendunt. Dicatur elatis, quia dum se erigunt in apostatae angeli imitationem cadunt.

Grego.

Quod per autoritatē humilitatis sancti viri culpas delinquentium feriunt.

Caput XXXIII.

**S**ANCTI etenim viri per autoritatem humilitatis nullis potestatibus contra veritatem agentibus parcunt. Sed quos attolli per elationem conspiciunt, per spiritus autoritatē premunt. Hinc est enim

LIBER SECVNDVS.

quod a deserto Moyses veniens Aegypti regē ex au-  
 toritate aggreditur dicens: Hæc dicit dominus deus  
 Hebreorum. Visque quo non vis subijci mihi? dimit-  
 te populum meū vt sacrificet mihi. Cui dum plagis  
 oppressus Pharao diceret. Ite, sacrificate deo vestro  
 in terra: aucta protinus autoritate respondit. Non  
 potest ita fieri, abominationē eū Aegyptiorū immo-  
 labimus dñō deo nostro. Hinc enim est quod peccā-  
 tem regē Nathan aggreditur cui prius similitudinē  
 perpetratae præuaricatiōis obiiciens, eumq; reū per  
 proprii iudicij vocē tenens, protin⁹ subiunxit, dicēs:  
 Tu es ille vir qui fecisti hanc rem. Hinc est eū quod  
 vir dei ad destruendā Idololathriā Samariā missus,  
 Hieroboam regē super altare thura iacentē, non re-  
 gem veritus, non formidine mortis pressus cōtra al-  
 tare intrepidus autoritatem liberę vocis exercuit, di-  
 cens: Altare altare hæc dicit dñs. Ecce filius nascetur  
 domui David, Iosias nomine, & immolabit sup te sa-  
 cerdotes excelsorū. Hinc est quod Achab superbus,  
 idolorū seruitio subactus, cum increpare Heliā præ-  
 sumeret, dicens: Tu es ille qui cōturbas Israēl. Heliā  
 protinus superbi regis stulticiā, obiurgationes libe-  
 ræ autoritatis percussit, dicēs: Non ego turbauī Isra-  
 ēl, sed tu & domus patris tui, qui dereliquistis man-  
 data domini, & secuti estis Baalim. Hinc est quod He-  
 liseus veram magistri celsitudinem sequens, eūdem  
 Achab ad se cum Iosaphat rege veniētem ex reatu p-  
 fidie confidit dicēs. Quid tibi & mihi? vade ad pro-  
 phetas patris tui & matris tuæ. Et viuit dñs exercitu-  
 um in cuius conspectu sto, quod si non vultum Iosa-

Exo. 5.

2. Reg. 12.

1. Re. 13.

3. Re. 18.

4. Re. 36.

HAY. DE VARIET. LIB.

phat regis Iudæ erubescere nec attēdissem quidē te  
 nec respexissem. Hinc est quod idem vir Naamā ad  
 se cum equis & curribus venientē ante ostiū fixit, &  
 talētorum copia ac vestium fulto nō occurrit, non  
 4. Re. 5. ianuam domus aperuit, sed vt lauare septies in Ior-  
 dane debuisset per nunciū iussit. Vnde & idē Naamā  
 iratus recedebat dicēs. Putabā quod egrederetur ad  
 me. Hinc est quod Petrus cum eum sacerdotes &  
 Act. 4. principes, etiam per flagella seq̄iētes, in Iesu nomine  
 loqui prohiberent, cum magna protinus autorita-  
 te r̄ndit, dicēs: Si iustū est in conspectu dei, vos poti⁹  
 audire quā deū, iudicate. Non em̄ possumus quæ  
 vidimus & audiimus non loqui. Hinc est q̄d Paul⁹  
 Actu. 23. cum residentē contra veritatē sacerdotum principē  
 cerneret, eumq; minister illius alapa percussisset, nō  
 maledictū perturbatus intulit, sed repletus spiritu li-  
 bera voce prophetauit dicēs: Percutiet te deus pari-  
 es dealbate, & tu sedēs iudicas me secundū legē, & cō-  
 tra legem iubes me percuti? Hinc est q̄d Stephanus  
 Actu. 7. cōtra vim p̄sequentū autoritatē vocis exercere nec  
 moriturus expauit, dicens: Dura ceruice & incircun-  
 cisis cordibus & auribus, vos semper spiritu sancto  
 restitistis sicut & patres vestri. Sed quia sancti viri  
 ad verba tantæ altitudinis, zelo veritatis non autē  
 vitio elationis exiliunt, ipsi parēter indicant qui fa-  
 ctis dictisq; alijs, & quanta humilitate pol'eāt, & ex-  
 ga eos quos redarguunt quanta charitate ferueant,  
 manifestant. Superbia quippe odiū generat, humili-  
 tas amorē. Verba itaq; quæ amor exasperat, profe-  
 cto ex fonte humilitatis manant. Quomodo ergo

LIBER SECVNDVS.

Stephanus proferre increpationē per elationē potu-  
 it, qui pro eisdē, quos increpauerat, ad deteriora cre-  
 scentibus, seq̄ lapidantibus flexis genibus orauit, di-  
 cens: Domine ne statuas illis hoc peccatū? Quomo-  
 do Paulus contra gentis suę sacerdotē ac principem  
 asperitatis verba superbiens, intulit, qui humilitate  
 se etiam discipulorū seruitio substernit, dicens: Non  
 em̄ nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christū do-  
 minū nostrū. Nos autē serui vestri per Christū? Quo-  
 modo Petrus per elationē principibus restitit, quo-  
 rū errorē compatiens, velut reatum excusat, dicens:  
 Scio quia per ignorantia fecistis, sicut & principes ve-  
 stri. Deus qui prænucliauit per os omniū propheta-  
 rū pati Christū suum, impleuit sic, quos ad vitam mi-  
 sericordia trahit dicens: Pœnitementi igitur & cōuer-  
 timini vt deleantur peccata vestra? Quomodo Heli-  
 feus videre Naaman ex elatione noluit, qui non so-  
 lum se conspici, sed teneri se etiā à muliere permisit?  
 De qua scriptū est. Cumq̄ venisset ad virū dei in mō-  
 te apprehēdit pedes eius, & accessit Giezi, vt amoue-  
 ret eam, & ait homo dei. Dimitte illam, anima enim  
 eius in amaritudine est. Quomodo Helias superbo  
 regi increpationis verba p̄ tumorē intulit, qui ante  
 illius currū humiliter cucurrit, sicut scriptū est. Accin-  
 ctusq̄ lumbz̄ currebat ante Achab? Quomodo Hie-  
 roboam præsentia ex elatione despexit qui arētem  
 dextrā eius saluti pristinae protinus ex pietate repa-  
 rauit? sicut scriptū est: Cumq̄ audisset rex sermonē  
 hominis dei, quē clamauerat cōtra altare in Bethel,  
 extēdit manum suā de altari, dicens: Apprehēdite

Act. 7.

1. Cor. 10.

Actu. 3.

4. Reg. 4.

3. Reg. 18.

3. Reg. 13.

¶



HAY. DE VARIET. LIB.

eum. Et exaruit manus eius? Et paulopost. Orauit  
 2. Re. 13<sup>o</sup> vir dei faciē domini, & reuerſa eſt manus eius ad eū,  
 & facta eſt ſicut prius fuerat? Quia ſuperbia gigne-  
 re virtutes neſcit, quanta ex humilitate prodiit vox  
 increpationis oñditur, quam ſigna comitatur. Quo  
 modo Nathan contra David regē per verba incre-  
 pationis tumuit, qui cum increpanda culpa in ter-  
 ram eius conſpectui pronus ſtrauit? ſicut ſcriptum  
 eſt. Nunciauerunt regi dicentes. Adeſt Nathan pro-  
 pheta. Cumq; introiſſet ante cōſpectum regis, ado-  
 rauit illum pronus in terra. Quomodo Moyſes re-  
 gi Aegyptio libere reſiſtēs eum deſpicere potuit, qui  
 deo familiariter colloquens ſequentē ſe Iethro co-  
 gnatū humilis adorauit? Cuius etiā conſilio tātam  
 obediētiam præbuit, vt poſt ſecreta dei colloqa ma-  
 gnū lucrum duceret, quod foris ab ore hominis au-  
 daret? Ex alijs ergo ſanctorū factis diſcimus, quid de  
 alijs penſare debeam? Sancti etenim viri nec ex ela-  
 tione ſunt liberi, nec ex timore ſubmiſſi, ſed cum eos  
 rectitudo ad libertatē vocis erigit, cōſideratio infir-  
 mitatis proprię in humilitate cuſtodit. Culpas quip-  
 pe delinquentiū, & ſi ex alto increpantes feriunt ſe-  
 metipſos tñ apud ſe ſubtilius iudicātes, quaſi in abie-  
 ctos ponunt. Et quo praua in alijs inſequuntur, in eo  
 ad reprimēdos ſe atrociores reddunt. Rurſumq; q̄  
 ſibimet meliora agētibus nequaq̄ parcunt, eò vigi-  
 lantius aliena reprehēdunt. Quid enim de humana  
 potētia mirari poterunt qui ſemetipſos quoq; deſpi-  
 ciunt, etiam cum intime per eam arcē ſublimitat̄ ap-  
 prehēdunt? Idcirco igitur bene foris diiudicāt alti-

LIBER SECVNDVS.

rudinē terrenæ celsitudinis, quia intus oculum non  
grauat pondus tumoris.

De Patientia. Caput XXXV

**P**atientia vera est aliena mala æquanimiter p  
peti, contra eum quoq; qui mala irrogat nul-  
lo dolore morderi. Nam qui sic proximi ma-  
la portat, vt tamen tacitus doleat, & tēpus dignę re-  
tributionis querat, patientiā non exhibet, sed oñdit.  
Scriptum quippe est. Charitas patiens est, benigna  
est. Patiens namq; est, vt aliena mala toleret. Beni-  
gna vero est, vt ipsos etiam, quos portat, amet. 1. Cor. 13.

De laude patiētiae. Cap. XXXVI.

**P**atientia aut̄ fratres dilectissimi, non tm̄ bona  
custodit, sed & repellit aduersa, Spiritū sanctū Cypri.  
fouens, & cælestibus ac diuinis coherens cōtra  
facta carnis & corporis (quibus anima expugnatur  
& capitur) virtutū suarū propugnaculo reluctatur.  
Late patet patientiæ virtus, & vbertas eius & largi-  
tas de vnus quidē nominis fonte proficiscit, sed ex-  
undantibus venis per multa gloriarū itinera diffun-  
ditur. Nec proficere aliquid in actib⁹ nostris potest  
ad consummandū gloriam, nisi inde cōsummatio-  
nis accipiat firmitatē. Patientia est que nos domino  
& cōmendat & seruat. Ipsa est quæ iram tēperat, q̄  
linguam frenat, quæ mentem gubernat, pacē custo-  
dit, disciplinā regit, libidinis impetū frangit, tumorū  
violentiā comprimit, incendiū similitatis extinguit.  
Coërcet potētiā diuitū, inopiam pauperū refouet,

## HAY. DE VARIET. LIB.

Tuetur in virginibus beatam integritatē, in viduis laboriosam castitatem, in cōiugatis & maritatis indiuiduam castitatē. Facit humiles in prosperis, in aduersis fortes, cōtra iniurias & cōtumelias mites. Docet delinquentibus cito ignoscere, si ipse delinquas, diu & multum rogare. Tentationes expugnat, persecutiones tolerat, passiones & martyria cōsummat. Ipsa est quæ fidei nostræ firmamēta firmiter munit. Ipsa est quæ incrementa spei sublimitate perhibet. Ipsa dirigit vt tenere possimus viam Christi, dum p̄ eius tolerantiam ingredimur. Ipsa efficit vt perseueremus filij dei, dum patientiā patris imitamur. Hæc em̄ christianitatis summa est, vt amantibus vicissitudinem, lædentibus patientiā rependamus. Qui ergo fuerit patientior ad iniuriā, potentior constituetur in regno.

### Exempla sanctorum patrū de patientia.

#### Caput XXXVII.

**Cyp.**  
**1. Pe. 2.** **P**etrus super quē ecclesia domini dignatiōe fundata est, in epistola sua ponit & dicit. Christus passus est pro vobis, relinquēs vobis exemplū vt sequamini vestigia eius, qui peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui cum malediceret non remaledicebat, cum pateretur non cōminabatur. Tradebat autē se iudicanti se iniurte. Inuenimus deniq; & Patriarchas, & prophetas, & iustos omnes qui figurā Christi imagine præeunte portabant, nihil magis custodisse in laude virtutū suarū, q̄ qd patientiam forti & stabili æquanimitate tenuerunt. Sic

LIBER SECVNDVS.

Abel originem martyrij & passionē iusti hoīs initi-  
ans primus & dedicans, aduersus fratrem fratricidam  
non resistit nec reluctatur, sed humilis & mitis patie-  
ter occiditur. Noë per centū annos in ædificationē **Bern.**  
arcæ longos sustinuit labores, sed hos patienter & fi-  
ne murmuratione pertulit. Sic Abraham deo credens **Cyp.**  
& radicem ac fundamentū fidei primus instituēs, tē-  
ratus in filio non dubitat nec cunctatur, sed præce-  
ptis dei tota patientia deuotionis obsequitur. Et Isa-  
ac ad hostiæ dominicæ similitudinē præfiguratur, quā  
à patre immolandus offertur, patiens inuenitur. Et  
Iacob fugatus à fratre de domo sua patienter excedit,  
& maiore patientia postmodū supplex adhuc magis  
impiū & persecutorem muneribus pacificis ad cōcor-  
diam reuocat. Ioseph venundatus à fratribus & rele-  
gatus, non tū patienter ignoscit, sed & gratuita fru-  
menta venientibus largiter & clementer impartit.  
Moyſes ab ingrato & pſido populo cōtemnitur fre-  
quenter & pene lapidatur, & tamen lenis & patiens **Greg.**  
pro eisdem dñm deprecatur. Samuel vero ab scelera-  
to populo de principatu eiicitur, & tamen pro eisdē **Cyp.**  
lachrymosis precibus patiens dominū supplicat. In  
Dauid vero, ex quo secundū carnē Christi natiuitas  
oritur, quā magna & mira & Christiana patientia,  
habuisse in manu sæpe vt Saul regē persequentē se,  
& interficere concupiscentem, posset occidere, & tū  
subditū sibi & traditum maluisse seruare, nec repen- **Ioan.**  
disse inimico vicē, sed occisum adhuc insuper & vin-  
dicasse. Esaias propheta patienter à perfidis sectus esse  
perhibetur. Hieremias propheta neruo religatur, sed

HAY. DE VARIET. LIB.

cuncta pro dño patienter ptulisse legitur. Ezechiel in captiuitate positus patiens per omnia fuisse cognoscitur. Daniel in lacum leonū mittitur, & patiens in omnibus tribulationibus pro dei amore fuisse reperitur. Tres pueri in camino ignis missi pro dei amore patienter sustinuerunt, vnde & in sancta ecclesia celebre nomen promeruerunt. Iob orbitate filiorū percussus, substantiaq; innumera priuatus, tormentis grauioribus corporis sui afflictus, ab vxore multis opprobrijs vexatus, ab amicis irrisus, nunq̄ ex ore suo indignū protulit sermonē, sed omnia patienter pertulit. Tobias cæcitate percussus, ab vxore improperatus, nunq̄ ex eius ore sermo murmuratiōis exiit, sed patiens in omnibus semp fuisse cognoscit. Machabei martyres innumera pro lege dei sui patienter sustinuerunt tormenta. Ioānes baptista ab impiissimo Herode rege in carcerē truditur, ibiq; patienter p̄ veritatis assertiōe capite plectitur. Petrus apostolorū princeps (sicut in Actis apostolorū legitur) cum cæteris suis coapostolis sæpe flagellatur p̄ diuinitatis cultu, patiens & gaudens semp fuisse reperitur. Vnde dicit scriptura. *Actu. 4.* Ibāt apostoli gaudentes à conspectu concilij, quod digni habiti sunt pro nomine Iesu cōtumeliam pati, Paulus apostolus multa p̄ Christi amore passus est, quæ etiā enumerari difficile est: carceres, vincula, verbera, flagella, supplicia. A Iudæis lapidatur, virgis cæditur, præcipitatur, latrones incurrit, ab inimicis fratribus insidias pfert, int̄ timor est, foris pugna. Patitur famem, nuditatē, calumnias, insidias, tribulationes. Bestias tolerat, & quid op̄

## LIBER SECVNDVS.

est multa dicere: quotidie moritur, & tamen in his  
omnibus gaudet & gloriatur, atq; patiens & exultans di-  
cit: Gaudeo aut in passionibus meis. Et iterum: Non so- <sup>Col. 1.</sup>  
lum aut, sed & gloriamur in tribulationibus. Si ergo <sup>Ro. 5.</sup>  
tanta patiens gaudebat & gloriabatur, quae erit venia, quae  
excusatio his, qui pro paruis iniurijs ac verberibus,  
aut qualibuscumque tribulationibus, quae utique illis in-  
feriores sunt, impatientes existunt: Ioannes aposto-  
lus & euangelista in dolio feruenti missus, & in insula  
Pathmos exilio relegatus cuncta aduersa sibi illata  
patienter propter amorē Christi tolerat. Stephanus  
ab apostolis diaconus ordinatus inter manus lapi-  
dantium corde pacifico pro suis ipsis inimicis, fixis in  
terra genibus deprecatur. Ecce enim cognoscimus di-  
uina nos instruente scriptura, quia sancti patres no-  
stri qui nos praecesserunt per virtutē patientiae caele-  
stes coronas promeruerunt. Seruate ergo fratres in <sup>Grego.</sup>  
mente patientiam, eamque cum res exigit, exercete in ope-  
ratione, nulla vestra rerum vos damna perturbet. Si enim  
fixa mente mensura damna praesumitis, damna rerum trans-  
euntium grauiora non putatis. Si aeternae retributionis  
gloriam conspicitis, de temporali iniuria non doleris.  
Tolerate ergo aduersarios vestros, sed ut fratres dili-  
gite quos toleratis.

### Testimonia sacrae scripturarum de pa- tientia.

Caput XXXVIII.

**D**ominus ac redemptor noster, qui princeps <sup>Isa. 9.</sup>  
pacis a propheta appellatur, in cuius secundum  
carnem natiuitate angelorum cecinit exercitus.

e v.

## HAY. DE VARIET. LIB

- Luc. 2.** Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Qui anteq̄ ad cælestia carne ascenderet, ait: In patientia v̄ra possidebitis animas vestras.
- Luc. 21.** Sic & apostolus Paulus ait. Patientia vobis necessaria est vt voluntatē dei faciētes reporretis promissionē.
- Heb. 10.** Item: Pacem sequamini cum omnibus & sanctimoniā, sine qua nemo deum videbit. Hinc Iacobus ait. Patiētia aut̄ opus perfectū habeat, vt sitis perfecti & integri in nullo deficiētes. Beatus vir qui suffert tentationē quoniā cum probatus fuerit accipiet coronā vitæ quā repromisit deus diligētibus se. Hic
- Heb. 12.** Salomon ait: Melior est patiens viro forti, & qui dominat̄ animo suo, expugnatore vrbiū. Pacē igitur charissimi habeamus, quia pacificos & cōcordes deus in domo sua habitare præcepit, vt qui filij dei esse cœpimus in dei pace maneamus, & quibus spiritus vnus est, vnus sit & animus & sensus. Beatissim⁹ nāque martyr Cyprianus elegantissimū de bono patientiæ scripsit librū, quē qui legere voluerit, pleniter in eo, quale sit bonū patiētia, inuenire poterit.
- Cyp.**

### De Tolerantia. Cap. XXXIX.

- Greg.** **S**I filij electorū sumus, restat necesse est vt per eorū exempla gradiamur. Bonus enim non fuit qui malo tolerare recusauit. Hinc namq̄ est quod de semetipso beatus Iob asserit dicens. Frater fui draconū & socius strutionum. Hinc p̄ Salomonē sponsi voce sanctæ ecclesiæ dicitur. Sicut liliū inter spinas, sic amica mea inter filias. Hinc ad Ezechielē
- Iob. 30.** **Cantico. 2.** **Ezec. 2.** elem dominus dicit, Fili hominis ne timeas eos, ne

## LIBER SECVNDVS.

que sermones eorū metuas, quā increduli & subuersores sunt tecū & cum scorpionibus habitas. Hinc 2. Pet. 2. Petrus beati Loth vitā glorificat dicens. Et iustum Loth oppressum à nefandorum iniuria ac luxuriosa cōuersatione eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Hinc Paulus di Phil. 2. discipulorū vitam & laudat & roborat, dicens: In medio nationis prauæ & peruersæ inter quos lucetis sicut luminaria in meridie verbū vitæ cōtinentes. Hic Ioannes Pergami ecclesie attestatur dicens. Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ, & tenens nomen meū non negasti fidē meam. Ecce fratres charissimi pene omnia percurrēdo cognoscimus, quia bonus non fuit, quē malorum prauitas non probauit. Vt em̄ ita loquar, ferrum nostræ animæ nequaquā producit ad subtilitatē acuminis, si hoc non eraserit alienæ lima prauitatis. Tolerem⁹ igitur aduersarios nostros, sed sine cessatione amemus quos toleramus, eisq; quæcunq; possumus bona, hilari animo tribuam⁹. Quia hoc solum deus sacrificiū accipit, quod ante eius oculos in altari boni operis, flamma charitatis incendit. Hinc dominus in euangelio ait: Diligite inimicos vestros, bene precemini his qui oderunt vos, & orate pro psequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cælis est. Mat. 5.

Qualis debeat esse tolerantia seruorum  
dei tempore tribulationis. Cap. XL.



**O**portet te o Christiane inter odia cordium, inter probra linguarum, inter ipsas persecutorum manus æquali imò lætiori semper corde verari. Et si tibi ablatæ fuerint facultates tuæ, dic. Nudus exiui de utero matris meæ, nudus & hinc abscedam. *Iob. 1.*  
*1. Tim. 6.* Adde & illud apostolicum. Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid possumus. Audis te maledici & infamari apud homines & contumelijs onerari, recordare & ante oculos pone verbum domini, quibus ait: *Luc. 6.*  
*Eodem* Vg vobis cum benedixerint vobis omnes homines. Et iterum. Gaudete & exultate, cum eiecerint nomen vestrum tanquam malum, propter filium hominis. Expulsus es patria & domo, recordare quia non habemus hic permanentem, sed futuram inquirimus. Quid te ergo patriam putas perdidisse qui in tota terra peregrinus es? Sed & si egritudinem incurristi gravissimam, vtere apostolico illo sermone quo ait. Nam & si is qui foris est homo noster corrumpitur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. In carcere inclusus es & mors crudelis imminet & intentatur, adducam autem oculos Ioannem in carcere ceruice cesum, & tamen prophetæ caput saltatrici puellæ in mercedem libidinis datum. Hæc ergo singula cum inferunt iniuria, sed eorum quæ pro his retribuuntur gloria, non solum a peccatis absoluit qui hoc patitur, sed & iustitias acquirit, tamen est ut fides eum constantiaque non deserat.

## De Indulgentia. Cap. XLI.

*Mat. 6.* **A**it dominus. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester qui in caelis sit peccata vestra. Sin autem non dimiserit

## LIBER SECVNDVS.

tis hominib<sup>9</sup> peccata eor<sup>9</sup>, nec pater vester dimittet vobis pctā vestra. Hinc Petrus ait: Non reddentes malū pro malo, nec maledictū pro maledictō, sed e-<sup>1. Pe. 36</sup> contrario benedicētes, quia in hoc vocati estis, vt benedictionē hereditatis possideatis. Hinc Paulus ait: Eph. 46  
Cū patiētia supportātes inuicē, & donantes vobismet ipsis. Si quis aduersus aliquē habet querelā, sicut deus in Christo donauit vobis, ita & vos facite, nul-<sup>Leui. 19.</sup> li malū pro malo reddētes. Hinc diuina scriptura dicit: Ne quæras vltionē nec memoreris iniuriæ ciuiū tuor<sup>Pro. 20.</sup>. Hinc Salomon ait. Ne dicas reddā malū pro malo, expecta dñm & liberabit te. Relinque proximo tuo nocēti te, & tunc deprecāti tibi peccata soluentur. Igit quicumq; remissionē suor<sup>9</sup> vult accipere pctōrum, dimittat om̄ibus in se peccātibus, quia tale vnusquisq; indulgentiā accepturus est a dño, qualem & ipse dederit proximo suo.

### De Misericordia. Cap. XLII.

**M**isericordia, cōpatiēdo alienæ miseriæ vocabulū sortita est. Om̄ia peccata misericordię opibus expurgātur, sed iam caueat peccare q misericordiā impartit. Ceter<sup>9</sup> nulla est delicti venia, qñ sic p̄cedit misericordia, vt eam sequatur pctā. Nullus aut in alieno misericors esse potest, qui prauē viuendo in se misericors non est, Qui em̄ sibi neq̄ est, cui bon<sup>9</sup>. Nulla scelera misericordijs redimi possunt, si in peccatis quisq; permanserit. Tunc autē fructū misericordiæ cōsequitur indulgentia, qñ ab scelerū opere desinitur. Misericordes igit simus ad

## HAY. DE VARIET. LIB.

omnes, vt & ipsi misericordiã cõsequamur à dño, ip̄s  
Mat. 5. dicente: Beati misericordes, qm̄ ipsi misericordiã cõ  
Luc. 6. sequent̄. Et iterũ. Estote igit̄ misericordes, sicut & pa  
Eph. 4. ter vester misericors est. Hinc Paulus ait. Estote aut̄  
inuiçẽ benigni, misericordes, induite vos sicut electi  
dei viscera misericordiã. Hinc Salomõ ait. Facere  
Pro. 21. misericordiã & iudiciũ magis placet dño q̄ victime  
Ecc̄i. 35. Hinc per quendam sapientem dicitur. Qui facit mi  
sericordiam, offert sacrificium,

### De Compassione. Cap. XLIII.

Mat. 7. **P**ER euangelium namq; suũ admonet nos dñs  
dicens. Omnia quecunq; vultis vt faciant vo  
bis homines, ita & vos facite illis. Hęc est em̄  
lex & prophetã. Quod tibi accidere non vis, nec p̄  
ximo tuo cupias euenire. Condole in alienis calamit  
tatibus, satiare fletibus; in alienis laboribus, in tribu  
latiõẽ alterius & tu esto tristis. Talis esto alijs, quales  
optas esse circa te alios. Quod non vis pati non  
facias, nec inferas alio mala, ne patiaris similia. Ita  
clemens esto in alienis delictis sicut in tuis, vt nec ali  
rerte nec aliter alios penses. Et sic alios iudica vt iu  
dicari cupis. In tribulatiõẽ positus subuenire non ces  
ses, dolentem consolari ne dimittas.

### De Castitate. Cap. XLIII.

**C**astitas em̄ fructus suavis est, pulchritudo inui  
olata sanctorũ. Castitas securitas mentis, sani  
tas corporis. Nisi em̄ vnusquisq; castus pseue  
rauerit ad perpetuã requiẽ puenire, & deum videre  
Hebr. 12. non poterit, testante Paulo ap̄to: Pacẽ sectamini cũ

## LIBER SECVNDVS.

Om̃ib⁹ & sanctimoniã, sine q̃ nemo videbit deũ. Hic quoq; euidenter sine sanctimonia (quã solet integritate mentis vel puritate corporis appellare) pronuntiauit deũ penitus videri non posse. Hinc p̃ eundẽ apostolũ dicitur. Hęc est voluntas dei sanctificatio ṽra, vt abstinere vos à fornicatiõẽ, vt sciat vnusquisq; vestrũ vas suũ possidere in honore & sanctificatione, non in passiõẽ desiderij, sicut & gentes q̃ ignorãt deũ. Amemus igitur castitatẽ, quia castas mentes castaq; corpora deus inhabitat, luxuriosas aut̃ & immũdas cõdemnat. Quãta em̃ bona quis fecerit, licet oret, licet noctes in oratiõibus & vigilijs puigiles ducat, licet omnẽ substantiã suã pauperibus tribuat, licet inedia & per ieiunia longa corpus suũ atterat, licet cætera diuina p̃cepta adimpleat, si castitatẽ non habuerit nihil ei proderit. Vnde & dñs in euangelio p̃cepit dicẽs. Sint lumbi vestri p̃cincti & lucernæ ardentes in manibus vestris. Duo aut̃ sunt q̃ iubentur, & lumbos restringere, & lucernas tenere, vt & munditia sit castitatis in corpore, & lumẽ veritat̃ in opatiõẽ. Redemptori etenim nostro vnũ sine altero placere nequaquã potest, si autẽ is qui bona agit adhuc luxuriæ inquinamenta non deserit, aut is qui castitate præminet necdum se per bona opa exercet. Nec castitas ergo magna est sine bono opere, nec op⁹ bonum est aliquid sine castitate.

### De Obedientia.

### Cap. XLV.

**O**bedientia est via sancta quæ sectatores suos ad cælestẽ perducit patriã, per hãc viam dñs

Cassiod.

1. Tes. 4.

Lucæ, 21.

HAY. DE VARIET. LIB.

**Phil. 2.** noster Iesus Christus propter nos & propter nostram salutem ambulare dignatus est, de quo Paulus dicit apostolus. Factus est Christus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Per hanc Abraam patriarcha cucurrit quoniam ad imperium domini dilectum filium ad immolandum duxit. Per hanc apostoli sancti Petrus & Andreas ad vocationem domini relictis retibus secuti sunt eum. Per hanc viam Mattheus secutus est dominum relicta thelonaica lucra. Per hanc viam sanctam omnes patriarche, prophete, apostoli, martyres, ceterique electi meruerunt pervenire ad deum. Licet arcta sit & angusta via, tamen viatores suos ad perpetuam perducit viam, dicente

**Mar. 7.** domino. Arcta & angusta est via que ducit ad vitam. Non enim durum tibi & asperum videatur, cum audis arctam & angustam viam esse obedientiam, sed magis gaude propter hoc, quod subsequitur: quae ducit ad vitam. Si enim homines propter regis iussione aut alicuius potentis hominis in exterarum regiones, & etiam in transmarina & peregrina, & omnino incognita, & valde periculosa loca, propter aliquod temporale lucrum (quod cum habuerint statim illis abstrahi potest) intantum obediētes existunt ut etiam per innumeras regiones & patrias, per difficultates terrarum, per aspera & dura itinera, per periculosa naufragia fluminum, per terribiles undas fluctusque marinos, inter hostiles gladios, inter latronum insidias, inter inimicorum incursum voluntarie & alacriter discurrunt, & haec omnia sustinet dimissa propria regione, dimissis parentibus, patre, matre, fratribus, sororibus, propinquis, vxoribus, filiis, domibus, mancipiis, cunctaque substantia: quos licet plangent amici, luge-

LIBER SECVNDVS.

aut parentes, plorēt filij, cōtristentur mācipia, nesci-  
 entes vtrū eos amplius iam visuri sint, an non illos  
 nihil horū à iussione illius qui iussit pōt retrahere, sed  
 tota intētionē potētis hominis, qui hodie est & for-  
 sitan crastina non erit, obedientiā exhibent? Sicut  
 em̄ iam diximus, ideo hęc om̄ia tolerant, vt pro his  
 cōmodum aliq̄d lucri terreni accipiant, si illi hoc faci-  
 unt propter hoīem potentē post pauca moriturū &  
 propter lucra illa periturū, quid nos miseri in die iu-  
 dicij deo nostro in excusatiōe nostra dicturi sumus,  
 qui eius sanctis ac salubribus iussionibus inobedi-  
 entes existimus, & monitis salubribus patrū nostrorū  
 non obtēperamus? Quod em̄ homines seculi faciūt  
 propter rem periturā, faciāt milites Christi propter  
 gloriā sine fine mansurā. Quod em̄ illi obedientes  
 existunt propter inanē extollentiā, fiant serui Chri-  
 sti obedientes propt̄ indeficientē excellentiā. Quod  
 em̄ illi obediētes fiunt propter periturā gloriā peri-  
 turi hoīs, fiant famuli Christi obediētes propt̄ perpe-  
 tuā gloriā perpetui redemptoris. Nulla igit̄ segnitia,  
 nulla insolētia, nulla tarditas, nulla pigritia, à bono  
 obedientiæ opere nos retrahat, quia & si aspera est  
 via q̄ itur, tñ beata est patria ad quā peruenit. Obedi-  
 entes igitur simus patribus & senioribus nostris in  
 quantū secundū deū exhibent iussionē, si aut̄ contra  
 deū est quod imperant, dicamus eis humiliter & re-  
 uerēter, Obedire oportet deo magis q̄ hominibus.

Nota

Actu, 5.

Qualiter subditi obedientes sint præpo-  
 sitis suis.

Caput

XLVI.

f

**E**Xistimam<sup>9</sup> igitur fratres charissimi hilari ani-  
mo mente promptissima obedientes prælat<sup>9</sup>  
& patribus nostris, quia diuina vox imperat  
nobis per Paulū apostolū dicens: Obedite præposit<sup>9</sup>  
Heb. 13. vestris in dño & subiaccere eis. Quanto em̄ humilio-  
res & obediētiōres fuerim<sup>9</sup>, tāto leui<sup>9</sup> sup nos ac dul-  
cius iugū dñi sentiem<sup>9</sup>. Quāto obediētiōres fuerim<sup>9</sup>  
p̄positis & patribus nostris intantum obediet deus  
orationibus nostris. Citius em̄ exauditur vna obe-  
diētis oratio q̄ decē milia cōtemporis. Sancta em̄  
intentione & cum om̄i velocitate iussis seniorū no-  
strorū obtēperemus, & mox vt aliquid nobis impa-  
tum à maiore fuerit, & c si diuinitus imperetur morā  
pati nesciamus in faciēdo, quia obedientia q̄ maiori-  
bus p̄berur deo exhibetur. Ipse em̄ dixit: Qui vos au-  
Luce. 10. dit, me audit. Pro dei em̄ amore om̄i obediētia nos  
subdamus maioribus nostr<sup>9</sup>, vt imitatores valeam<sup>9</sup>  
Phil. 2. esse domini nostri, de quo dicit Apostolus: Factus  
est Christus obediens vsq; ad mortem.

### Quomodo inuicem obedire debemus.

#### Caput XLVII.

**I**nuicem obedire debemus, sicut serui domni se-  
Mat. 20. cundū quod præcepit dñs, quia qui vult in vobis  
esse magn<sup>9</sup>, fiat omniū nouissimus, & omniū ser-  
uus. Quibus addidit, vt magis nos inclinet ad humi-  
litate: sicut filius hoīs non venit ministrari sed mini-  
Gala. 5. strare, Sed & illud quod ab Apostolo dictū est: Per  
charitatem spiritus seruite inuicem.

Qui vere deum diligūt vltra vires suas

## LIBER SECVNDVS.

obedire desiderant. Caput XLVIII.

**Q**ui fideliter & pure deum diligit, & cert<sup>o</sup> est de retributiōe dñi, nec sufficere sibi putat ea quæ iniunguntur, sed semper augmenta operis quærit, & maiora quæ iniunguntur desiderat & exoptat, etiã si supra vires esse videat quod facit, nec aliquñ securus est tanquàm opere expleto, sed ecōtrario sollicitus est & anxius tanquàm qui nihil dignū p̄ceptis euangelicis ægerit, memor illius dominici sermonis dicē- Luc. 17.  
tis: Cum autē feceritis omnia quæcunquē p̄cepi vobis, tunc diceris, serui inutiles sumus, quod debuim<sup>9</sup> facere, fecimus.

De laude & qualitate obedientiæ.

Caput XLIX.

**S**ola namquē virtus est obediētia, quæ virtutes cæteras menti inserit, insertasquē custodit. Vnde & prim<sup>9</sup> homo p̄ceptū quod seruaret, accepit, cui se si vellet obediens subdere ad æternā beatitudinē sine labore perueniret. Hinc Samuel ait. Melior est 1. Re. 15.  
obediētia quæ victimæ & auscultare magis quæ offerre adipem arietū. Obediētia quippe victimis iure p̄ponitur, quia per victimas aliena caro, per obediētiam vero voluntas propria mactatur. Tãto igitur quisque deū citius placat, quãto ante eius oculos repressã arbitrii sui superbia, gladio p̄cepti se immolat. Sed quia nonnunquã nobis huius mūdi prospera, nonnunquã vero iubent aduersa, sciendū summopere est, quod obediētia aliquñ, si de suo habeat aliquid, nulla est, aliquãdo autē si de suo aliquid non habeat, min<sup>9</sup>

f ij



HAY. DE VARIET. LIB.

ma. Nam cum huius mundi successus precipitur, & cum locus superior imperatur, is qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ sibi virtutē euacuat, si ad hæc etiã ex proprio desiderio anhelat. Neq; em̄ se sub obedientia dirigit, qui ad percipiēda huius vitæ prospera, libidini propriæ ambitiois seruit. Rursum cū mundi despectus precipitur, cum probra adipisci & contumeliæ iubentur, nisi hæc ex semetipso animus appetat, obedientiæ meritū sibi minuit, quia ad ea quę in hac vita despecta sunt, inuitus nolensq; descendit.

Ah detrimentū quippe obedientia ducitur, cum mētem ad suscipiēda probra hui⁹ seculi nequaquā ex parte aliqua, etiã sua vota comitant. Debet ergo obedientia & in aduersis ex suo aliquid habere, & rursum in prosperis ex suo aliquid omnimodo non habere, quatinus & in in aduersis tanto sit gloriosior, quanto diuino ordine etiã ex desiderio iungitur. Et in prosperis tanto fit verior, quanto à presenti ipsa, quā diuinitus percipit, gloria funditus ex mente separat. Sed hoc virtutis pondus melius ostendim⁹, si cælestis patriæ duorum heroum memoramus. Moyses namq; cū in deserto oues pasceret à dño per angelū in igne loquente vocatus est, vt eripiendæ om̄i Israëlitæ multitudini p̄ffert. Sed quia apud se mente humilis extitit, oblatā protinus tanti regiminis gloriã expauit, moxq; ad infirmitatē patrociniū recurrit, dicens: Obsecro dñe non sum eloquēs, ab heri em̄ & nudiuſter

**Exo. 4.** cius, ex quo cœpisti loqui ad seruū tuum tardioris & impeditioris linguæ factus sum, & se postposito alium deposcit dicēs: Mitte quē missur⁹ es. Ecce cū au-

LIBER SECVNDVS.

toritate linguæ loquitur, & ne tantæ regiminis præ-  
 tem suscipiat, elingue se esse causatur. Paulus quoque Gal. 2.  
 diuinitus fuerat admonitus, quod Hierosolymam ascen-  
 dere deberet, sicut ipse Galatis dicit: Deinde post an-  
 nos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam, assum-  
 pto Barnaba & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem.  
 Isque in itinere cum prophetam Agabum reperisset quan-  
 ta se aduersitas in Hierosolymis maneret, audiuit. Act. 21.  
 Scriptum quippe est. Virum cuius hæc zona est, sic alliga-  
 bunt in Hierusalē Iudæi. A Paulo autem protinus respondet.  
 Ego non solum alligari sed & mori in Hierusalē para-  
 tus sum pro nomine Iesu. Neque enim preciosiores facio ani-  
 mam meam. Perceptio igitur reuelationis Hierosoly-  
 mam pergens aduersa cognoscit, & tamen libenter appetit.  
 Audit quod timeat, sed ad hæc ardentior anhelat. Moy-  
 ses itaque ad prospera de suo nihil habet, quia precibus  
 renititur ne Israëliticę plebi præferatur Paulus aduersa  
 etiam ex suo voto ducitur, quia malorum imminentium co-  
 gnitionem percipit, sed deuotione spiritus etiam ad acriora  
 feruescit. Ille presentis præteritis gloriam deo iubente volu-  
 it declinare. Iste deo aspera & dura spondente se stu-  
 duit ad grauiora præparare. Præsertim ergo utrorumque  
 ducum infracta virtute, instituimus ut si obedientię pal-  
 mam apprehendere veraciter nitimur, prosperis huius  
 seculi ex sola iussione, aduersis autem etiam ex deuotione mi-  
 litemus. Sciendum vero est nunquam per obedientiam ma-  
 lum fieri, aliquando autem debet per obedientiam bonum, quod agi-  
 tur intermitteri. Neque enim mala in paradiso arbor exti-  
 tit, quam deus homini, ne contingeret, interdixit. Sed ut  
 per melius obedientię meritum homo bene conditus

HAY. DE VARIET. LIB.

crefceret, dignū fuerat, vt hūc etiā à bono phiberet, q̄tinus t̄ato verius hoc q̄d ageret virt<sup>9</sup> eēt, quāto & à bono cessās autori suo se subditū humili<sup>9</sup> exhiberet.

De opere manuū

Cap. L.

**O**Portet em̄ militē Christi operari manibus suis, ita vt quibuslibet varijs officiorū artibus, laboribusq; studiū suum impendat, sequens loquentē Apostolū qui dicit: Neq; panē grat; māducauimus, sed in labore & fatigatione nocte & die laborantes. Et iterū. Qui non vult operari: non manducet. Per otium em̄ libidines & noxiarū cogitationū nutrimenta concrefcunt. Per laboris vero exercitiū vitia nihilominus elabunt. Patriarche namq; greges pauerunt, & gētiles philosophi sutores & sarctores fuerunt. Et Ioseph iustus, cui virgo Maria desponsata extitit, faber ferrareus fuit. Siquidē & Petrus apostolorū princeps piscatoris gessit officiū, & oēs apostoli corporale opus faciebant, vnde vitā corporis sustentabāt. Si igit̄ tantæ autoritatis homines, laboribus & operibus etiā rusticanis inseruierūt, quanto magis nos q̄s oportet non solū vitæ nostræ necessaria proprijs manibus exhibere, sed etiā indigentia aliorū laboribus nostris reficere, secundū Apostolū dicentē. Qui furabatur iam non furet, magis aut̄ laboret operando manibus suis, quod bonū est, vt habeat vnde tribuat necessitatē patientibus. Nam & idem beatus apost. Pau. ob hoc manibus suis operatus est, vt nobis operandi p̄beret exemplū. Ait enim inter cetera: Non q̄si non habuerimus potestātē, sed

1. Tes. 3.

Eodem

Eph. 4.

2. Tes. 3.

LIBER SECVNDVS.

vt nosmetipfos formā daremus vobis ad imitandū nos, Pādit causam, cur tm̄ laborꝝ sibi indixerat: ideo inquit. Formā daremus vobis ad imitandū nos. In Actibus ap̄lorꝝ legitur qꝫ cum venisset Paul⁹ Corinthū non patiatur se p̄manere nisi apud Aquilā & Priscillam, eò quod eiusdem artis essent opifices, quā & ipse solitus erat exercere. Ita em̄ habet. Post hæc Paulus egressus ab Athenis, venit Corinthū & inueniēs Actu. 18. quendā Iudæum noīe Aquilā ponticū genere, & Priscillā vxorē eius, accessit ad eos, eò quod eiusdē eēt artis, & manebat cum eis & operabat̄. Erant enim scenofactorię artis. Et non tantū operatus est quantum soli sibi, sed etiā his qui cum eo erant, possit sufficere. Scriptū est em̄ in Actibus apostolorꝝ, quod p̄cedēs Myleto & exinde mittēs Ephesum cōuocāns Act. 20. que ad se p̄sbyteros ecclēię Ephesiorꝝ, & dans p̄cepta quēaqꝫ modū regere ecclēsiā dei se absente deberent: Ait em̄. Argentū & aurū nullius cōcupiui sicut ipsi scitis, qm̄ ad ea q̄ mihi opus erāt & his qui mecū sunt, ministrauerunt manus istæ. Om̄ia oñdi vobis, q̄a sic laborantes oportet suscipere infirmos. Nā & multa vitia amputat opatio manūū. Scriptū est em̄. In desiderijs est om̄is ociosus. Et iterꝝ: Ociositas inimica est animæ, & fomes Sodomitica ex ociositate creuisse cognoscitur, vt propheta loquitur, dicens: Ezec. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ quod panē suū in saturatione & ocio comedebant. Pertimescamus igitur ociositatis malū, insistamus bonis manūū nostrarꝝ opibus, psalmographi adimplentes sententiā. Labores Psal. 127. manūū tuarꝝ q̄a manducabis, beatus es & bene tibi

HAY. DE VARIET. LIB.

erit. Sicut enim nullū ferme à dei seruis ocij tempus excipere cōuenit, ita meditatiōi quidē spiritali finē imponere. Nam pariter exercere necesse ē corporis animęq; virtutes: exterioris scilicet hoīs stipendia, interioris vero spiritalia alimēta. De hoc beatus Augustinus

**Aug.** eximius doctor inter cętera ait. Cantica vero diuina cātare etiā manibus operātes facile possunt, & ipsum laborē tanq̄ diuino celeumate cōsolari. An ignoramus oēs opifices in quibus vanitatib⁹, & plerunq; etiā turpitudinibus textricę fabularū donēt corda & linguas suas cum manus ab opere non recedāt. Quid ergo impedit seruū dei manibus operāte, in lege dñi meditari, & psallere noī dñi altissimi?

**Quod nihil eis proſit, qui facultates suas abiciunt, si voluntates proprias nō relinquunt.**

Caput LI.

**N**ihil illis prodest qui facultates abiciūt, si voluntates proprias non relinquūt, cum sit lōge p̄stantius voluntatibus proprijs renūtiare q̄ rebus. Res suas etiā mūdi huius philoſophi abijcere potuerunt, & nūc quilibet hęretici possunt. Sed nec illi, cum suę voluntati fierent amatores secundū voluntatē dei vixerūt, & isti dominicę volūtati suę voluntatis studio contradicūt. Non ergo ea res nos deo cōmendat, q̄ & inimici dei faciunt, sed illud qd non nisi vere Christiani & per hoc amatores dei p̄ficiūt. Hi sunt qui volūtatibus suis rebusq; proiectis se suo creatori ex toto corde subiiciūt, ac suū velle eius voluntate suspendūt, & ideo quicq; eis sensus

LIBER SECVNDVS.

carnis sequēdum faciendūq; suggesterit, iusticie ca-  
pti delectatione contemnunt.

Qualiter viuere dedeāt, qui Christū imi-  
tari desioerant. Caput LII.

**E**T ideo si in illo esse volumus, quod esse debe-  
mus (sicut S. Ioannes apost. dicit) quō ille am-  
bulauit & nos spiritaliter ambulemus. Quid 1. Ioan. 2.  
est ambulare sicut ille ambulauit, nisi cōtemnere oīa  
prospera, q̄ cōtempserit, non timere aduersa quæ ptu-  
lit, libenter facere q̄ fecit fieri, docere q̄ mandauit, spe-  
rare quæ p̄misit, sequi q̄ ipse p̄cessit p̄stare benefi-  
cia etiā ingratiss. Non retribuere secundū merita sua  
maleuolis, & orare pro inimicis, amare bonos, mise-  
reri p̄uersis, inuitare aduersos, suscipere in charitate cō-  
uersos, & æquanimiter pati subdolos ac superbos.  
Ad hoc etiā pertinet q̄d ait apost. Pau. Si cōsurrexistis  
cum Christo, ea q̄ sursum sunt quærite, vbi Ch̄s est  
ad dexterā dei sedens. Illi resurgūt cum Ch̄o, q̄ mo-  
riūtur, sicut ille, peccato, & t̄n̄ distinctiōe seruata, q̄d  
ille mortuus est p̄ctō, non suo sed nostro. Vnusquis  
que aut nostrū nō omniū moriū p̄ctō, sed suo. Quid  
est p̄ctō mori, nisi damnandis opibus oīno non vi-  
uere? Nihil cōcupiscere carnaliter, nihil ambire, vt sic  
mortuus carne nulli iam detrahit, nullū auersat aut  
despicit, nullius pudicitia callida circūuentione cor-  
rumpit, nemini violentus existit, neminē calūniatur  
aut opprimit, nō inuidet bonis, aut insultat afflictis.  
Non luxuriæ carnis inseruit, non vinolentiæ dedit  
in se bibendi sitim bibendo magis ac magis accedit.

## HAY. DE VARIET. LIB

Non odior fascibus inardescit, non cōpendia iniu-  
sta sectatur, non potentibus ac diuitibus adulatur,  
non inquieta curiositate raptatur, non domesticæ  
solicitudinis cura distenditur, non officiosis occur-  
rentium salutationibus delectatur, nec superbo-  
rum iniurijs fatigatus, non eum superbia inflat, non  
ambitio ventosa p̄cipitat, non vana gloria turpiter  
iactat, non desideriiu gloriose opiniōis inflāmat, nō  
distinctio alieni actus illaquiāt, non ad societate tur-  
pitudinis amor inuitat, non rabies immani furoris  
exagitat, non sumptuosæ deliciarū studiū maectat,  
non ardor animosæ cōtentionis axaminat. Non fa-  
cit impudentē audacia, iniquū iniustitia, ferum inde-  
mentia, variū incōstantia, pertinacē cōtumacia, insa-  
num vesania, delitiosum gula, rebellē inobedientia,  
vanū iactātia, infidelē p̄fidia, lenē felicitas, sæuū cru-  
delitas, māduconē turpem edacitas, impatientē mo-  
bilitas, mobilē instabilitas, vagū spiritali infirmitas,  
iracundū animositas, suspitiōsum puerfitas, verbo-  
sum vanitas, irrisorē malignitas. Qui remotus est à  
secularibus prorsus illecebris, remot⁹ ab inimicitijs,  
remotus ab insidijs alienis, remotus à rapinis vel oc-  
cultioribus vel apertis, remotus à mendacijs siue p̄-  
iurijs, postremo remotus ab omni genere flagitiorū  
siue facinoræ, quibus carnaliter viuētes deum offen-  
dunt, & mortui, p̄ctō non seruiunt. Sicut in q̄ carne  
mortuus nec facere potest ista quæ dixi, nec pati, ita  
his & talibus vitijs omnino non viuūt, qui vt viuāt  
deo, carnē suā cum vitijs & cōcupiscētijs crucifigūt.

De Actiua vita. Cap. LIII,

## LIBER SECVNDVS.

**A**ctiua vita est, studiosum Christi famulū, iustis insistere laboribus, & prius quidē seipm ab hoc seculo immaculatū custodire, mentē linguā, manū, ac membra corporis cætera ab omni inquinamento culpæ tentantis cōtinere, ac diuinis perpetuo subiugare seruitijs. Deinde etiam proximi necessitatibus iuxta vires succurrere, esurienti cibū, potum sitiēti, argenti vestitū. Ministrando egenis, vagoſq; in domū recipiendo, infirmū visitādo, mortuū sepeliendo, eripiendo inopē de manu fortioris eius. Egenū & pauperē à rapiētib; eum eruendo, erranti viam veritatis oñdendo, ac cæteris se mancipando fraternæ dilectionis obsequijs, insuper & vsque ad mortem pro iustitia certando.

### De contemplatiua vita. Cap. . LIII.

**C**ontemplatiua vita est, charitatē quidē & pxi- mi tota mente retinere, sed ab exteriori actiōe quiescere, soli desiderio cōditoris inherere, vt nihil agere libeat, sed calcatis curis om̄ibus ad videntiam faciē sui cretoris animus inardescat, ita vt iam nouerit carnis corruptibilis pondus cū mœrore portare, totisq; desiderijs appetere illis hymnidicis angelorum choris interesse, admisceri cælestibus ciuib; de æterna in cōspectu dei incorruptione gaudere.

Quæ & quanta sit in hac carne vitæ contemplatiuæ perfectio, vel qualiter ei perfruedimūdi contēptores inhæreāt. Ca. LV.

**P**roinde vitæ contemplatiuæ sectator ad cōditorē suum corde illuminandus accedat, ipsū



HAY. DE VARIET. LIB.

contemplando atq; infatigabiliter perfruendo vigilanter inseruiat. Ipsum iugiter concupiscat, pro amore eius omnia quibus inde auertere potest fugiat, omnes cogitationes suas ac totam spem ex illius delectatione suspendat, literarum diuinarum sacris meditationibus vacet, in eis se diuinitus illuminatus oblectet, ibi se totum velut in speculo quodam refulgente consideret, quod in se prauum deprehenderit corrigat, quod rectum teneat, quod deforme componat, quod pulchrum seruet, quod sanum excolat, quod infirmum assidua lectione corroboraret. Domini sui precepta infatigabiliter legat, inexplebiliter diligat, efficaciter impleat, & quid sibi cauendum quidue sectandum sit ab eis sufficenter instructus agnoscat. Mysterijs earundem diuinarum scripturarum perscrutandis insistat, Christum ibi promissum legat, representatum videat, prophetatam perditionem populi contumacis intelligat, impleri lugeat, de salute gentium gaudeat. Ex preteritis quae praedicta & impleta teneat, futuris promissionibus credat. Ab strepitu negotiorum secularium remotissimus ea seruenter excogitet, quibus animum suum in desiderium futurae remunerationis inflamet, studijs spiritualibus, quibus in dies singulos melior ac melior fiat, inuigilet. A metu otium sanctum, in quo exerceat animae suae negotium, mortuum sibi deputet mundum, ac se mundi blandientis illecebris exhibeat, crucifixum. Delectatione spectaculorum praesentium incomparabiliter anteponat sui creatoris intuitum, semper proficientem, successum in fastigium diuinae contemplationis attollat. Nunquam ad momentum quidem a promissionibus futuris considerandis auersus ad terrena respiciat.

## LIBER SECVNDVS.

Eo aciem mentis indefinenter intendat, quo perue-  
 nire desiderat. Beatitudinē vitæ futuræ ante oculos  
 animi sui proponat & diligat. Nec metuat aliqd tē-  
 porale nec cupiat, ne aut metus amittendę rei tēpo-  
 ralis, aut cupiditas acquirendę rei intentionē mētis  
 eius emolliat. Non eū blanda corrūpant, nec aduer-  
 sa cōcutiant, non inflet opinio secunda, nec sinistra  
 deiiciat, nec falsa vituperatio siue laudatio aut auge-  
 at gaudia ei⁹ aut minuat. Nō gaudeat de tēporalibus  
 omnino neclugeat, iter læta ac tristia inuictus vñā  
 faciē animi cōstantissime obtineat, nec pectori eius  
 stabilē firmitatē quicquid promittit mūdus aut mi-  
 natur excutiat, sed idem semp ac sibi similis perseue-  
 rās mundi huius dāna simul ac lucra non sentiat. Et  
 cū hęc atq; his similia contēplatiuę vitę desiderio af-  
 fectus impleuerit, nec se hic iam ex omni parte perfe-  
 ctum sed perficiendum in illa beata vita quæ futu-  
 ra est immobiliter credat, atq; ad se, vbi dei substan-  
 tiam reuelata facie videre possit, extendat.

### Quid inter se differant actiua ⁊ contem- platiua vita. Cap. LVI.

**A**ctiua vita eñ cum corpore deficit, quis eñ  
 in æterna patria panē esuriēti porrigat, vbi  
 nemo esurit? quis potum tribuat sitienti, vbi  
 nemo sitit? quis mortuū sepeliat, vbi nemo morit?  
 Cum præsentī ergo vita aufertur actiua. Cōtempla-  
 tiua autē hic incipit, vt in cęlesti patria perficiat. Quia  
 amoris ignis qui hic ardere incipit, cum ipsum quem  
 amat viderit, in amore amplius ignescit. Comtēpla-

## HAY. DE VARIET. LIB.

tiua ergo vita minime aufertur, quia subtracta præ-  
 sentis seculi luce perficitur. Actiua vita laboriosa de-  
 sudat in certamine, contēplatiua verō pacatis vitio-  
 rū tumultibus, opta in Christo quiete perfruit. Ad  
 actiuā vitam pertinet inter humana proficere, & re-  
 belles corporis motus ratiōis impio temperare. Ad  
 contēplatiuā supra humano desiderio perfectionis  
 ascēdere, & indefinenter augendis virtutib⁹ incuba-  
 re. Habet actiua perfectū, cōtemplatiua fastigiū, hæc  
 facit hominē sanctū, illa perfectum. Huius vitæ est  
 nulli prorsus iniurias irrogare, illi irrogatas æquani-  
 miter sustinere. Imò vt propi⁹ dicā, executor actiuæ  
 studet in se peccantē dimittere, cōtemplatiuæ vero  
 sectator offensis quib⁹ pulsatur nec oīno cōcutitur,  
 ignorare magis paratus q̄ donare. Iste iram patien-  
 tiæ virtute cōpescit, immoderatis cupiditatibus par-  
 simoniæ frenū imponit. Tangitur desiderijs carnali-  
 bus nec cōsentit, pulsa mundi huius curiositate nec  
 rapitur, quatitur diabolica impugnatione nec vincit,  
 & deo suo deuota mente subiectus, non atteritur  
 diuersis tentationibus, sed probatur. Ille oēs afflictio-  
 nes quibus vita mortaliū variatur sanctis virtutib⁹  
 vincit. Cupiditatū ac perturbationū omniū liber be-  
 ata quiete perfruitur, & illecebris ac voluptatibus fa-  
 ctus expedita mente superior, ineffabili gaudio diui-  
 næ cōtemplatiōis efficitur. Iste suscipiendo peregrī-  
 nū, vestiendo nudū, gubernādo subiectū, redimēdo  
 captiuū, tuēdo violentē oppressum, iugit se ab oīb⁹  
 iniquitatibus suis emaculat, & vitā suā bonorū opera  
 fructibus ditat. Ille facultatibus suis in vsus paupe-

## LIBER SECVNDVS.

rū distributis semel expoliavit se mūdo & admouit se totis virib<sup>9</sup> cælo, Res mūdi mūdo, piccit, & seipm Chro deuota mente restituit. A quo immortales diuitias sibi donari orat vt pauper, protegi se quotidie postulat vt infirm<sup>9</sup>, ī mortaltatis indumento vestiri cupit vt nudus, Defendi se ab impugnatione inuisibiliū hostiū supplicat vt fragilitate carnis opp<sup>9</sup>ssus, & celestē sibi donari patriā desiderat vt pregrin<sup>9</sup>. Actiua vita habet sollicitū cursum, contēplatiua gaudiū sempiternū. In hac acquiritur regimē, in illa percipit. Hęc facit pulsare bonorū operū, velut quibusdā manib<sup>9</sup>, ianuā, illa vocat cōsummatos in patriā. In hac cōtemnitur mundus, in illa videbitur de<sup>9</sup>. Et vt multa prætereā quæ cōmemorare non valeo, in hac vita qui immundis spiritibus extiterint fortiores, in illa contemplatiua vita quæ summæ beata est, remunerante dño fiunt angelis sanctis æquales atq; in æternum cum illis regnabūt in illa supna ciuitate felices.

### De cōpunctione cordis. Cap. LVII.

**C**ompunctio cordis est humilitas mentis cum lachrymis exoriens de recordatione pcti & timore iudicij. Illa est cōuersis perfectior cōpunctionis affectio, q̄ a se desideriorū affectus repellit & intentionē suā toto mentis studio in dei cōtemplationē defigit. Hęc em̄ est homini baptizato vera cōpunctio cordis, magna agere & humilia loqui, iuste agere & super pctōres timere ac tremere. Sicut enim ignis omne animę vitiū perurit & adimit, ita cōpunctio cordis quāta cunq; repererit mala absterret vni

## HAY. DE VARIET. LIB.

uerfa & penitus delet. Cōcupiscentiarū flāmas si in-  
uenerit vt fluuius inundans extinguit & enecat. Cu-  
rarū multitudines & perturbatiōes si videat, vt figel-  
lo quodā exturbat & effugat, & procul esse à domi-  
cilijs animę iubet, ac sicut puluis non potest stare an-  
te faciem venti, ita nihil malarū cogitationum in ani-  
ma residere potest, vbi cordis cōpunctio affuerit.

**Quod duo sunt genera cōpunctionis.**

Caput LVIII.

**D**VO namq; genera cōpunctiōis quib⁹ semet-  
ipso fideles in ara cordis immolant. Quia ni-  
mirū dñi sitiens anima prius timore cōpungi-  
tur, post amore. Pri⁹ em̄ se in lachrymis afficit, quia  
dum malorū suorū recolit, pro his pati supplicia eter-  
na pertimescit. At dum longa mœroris anxietate fu-  
erit formido cōsumpta, quædā iam de p̄sumptione  
veniæ securitas nascitur, & in amore cælestiū gaudi-  
orū animus inflāmatur. Et qui prius flebat ne duce-  
retur ad suppliciū postmodū flere amarissime inci-  
pit, quia differit à regno. Contēplatur etem̄ mens qui  
sint illi angelorū chori, quę societas beatorū spiritūū,  
q̄ maiestas æternæ visionis dei, & amplius plangit  
quia à bonis perennibus deest, quā flebat prius, cum  
mala æterna metuebat. Vtrāq; aut̄ nostræ cōpuncti-  
onis hostiam gratanter accipere dignatus est Chri-  
stus, qui & pro pctō lugentibus atq; afflictis clemen-  
ter errata dimittit, & pro ingressu vitæ cęlestis tota  
mētis itentiōe feruētes æterna suę visiōis luce reficit.

**Quod cōtrariæ sint inter se cordis com-**

## LIBER SECVNDVS.

punctio ⁊ delitiæ. ⁊ q̄ magna in Dauid fue-  
rit compunctio.

Caput LIX.

**S**icut impossibile est vt ignis inflāmetur in aqua  
ita impossibile est cōpunctionē cordis vigere ī  
delitijs. Cōtraria hæc em̄ sibi inuicē sunt & per-  
emptoria. Illa em̄ mater est flet⁹, hæc mater est risus,  
illa cōstringit, ista dissoluit. Illa animæ alas innectit,  
& volare facit ad cglū, hæc plūbi pondus imponit &  
demergit in infernū. Propheta namq; Dauid corde  
cōpunctus, iudicij futuri intra semetipsum memo-  
riā retexens, diemq; illū semper in oculis habens, nū  
quā à tribulatiōe animi & cōpunctione cordis vaca-  
bat: quæc; nos vix aliqñ & satis raro ad memoriā re-  
uocamus, illius mens & cogitatio habebat semp in-  
tra se, & dei iudicia totis mentibus intremebat. Nā  
& idem beatus Dauid rex erat, sed tñ cunctis q̄ eum  
circūstare & cōstringere videbant abruptis, ita erat  
in ptāte positus, tanq̄ om̄ibus esset ipse subiectus, &  
in purpura q̄ si in cilicio iacebat, cinere cōpersus, &  
corde cōpunctus. Aula regalis erat ei tanq̄ eremi va-  
stissima solitudo. Hęc aut̄ oīa agebat in eo cordis cō-  
punctio. Vis scire quantus in eo timor sit diuini iu-  
dicij? audi qd dicit. Iniquitates si obseruab; domine  
quis sustinebit? Nouerat em̄ & valde nouerat, quia  
ī mult; criminibus obnoxij sumus deo. Et quia etiā  
parua pctā, & ea de quib⁹ etiā nec suspicamur dedu-  
cūtur ad iudiciū, & ideo magna in eo erat cordis cō-  
punctio. Quatuor sunt qlitates affectinonū, quibus  
mens iusti tedio salubri cōpungitur, hoc est, memo-

Psal. 50.

HAY. DE VARIET. LIB.

ria p̄teritorū facinorū, recordatio futurarū p̄narū, cōsideratio peregrinatiōis suæ in huius vitæ longinquitate, desiderium supernæ patriæ, quatinus ad eā quantocius valeat peruenire.

De recordatione peccati. Cap. LX.

**B**onū est homini semper añ oculos p̄pria adhibere delicta, secundū Psalmi sententiā. Peccatū meū contra me est semper. Sicut eīm non oportet reminisci p̄cti affectū, sic semper necesse est suū in deflendo memorare p̄ctm̄. Serui dei tanta recordatio debet esset peccati, vt ea quæ gessit semper lachrymās cōfiteat̄. Vñ & psalmista dicit: Cōuersus sum in grumna mea dum cōfigitur spina. P̄ctm̄ meū tibi cognitū feci, & dixi, pronūciabo aduersus me in iustitias meas dñō & tu remisisti iniquitatē p̄cti mei.

Psal. 37.

De Confessione peccati. Cap. LXI.

**S**alomon ait: Qui abscondit scelera sua non dirigitur, qui aut̄ cōfessus fuerit & reliquerit ea misericordiā consequet̄. Hinc beatus Iob ait: Quapropter & ego non parcā ori meo. Ori eteīm suo parcat, qui cōfiteri malū quod fecit erubescit. In labore quippe os mittere est, hoc ad confessionē perpetratæ iniquitatis occupare. Sed iustus ori suo nō parcat, quia nimis irā iudicis districte p̄ueniēs, verbis cōtra se p̄prie cōfessiōis s̄auit. Hinc Psalmista ait: Præueniamus faciē eius in cōfessione. Hinc scriptū est. Dic iniquitates tuas vt iustificeris. Ex eo vnusquisq; iustus esse incipit, ex quo sui accusator extiterit. Confessio eīm p̄nitentiā monstrat, P̄nitentia satisfactiōnē

Pro. 28.

Psal. 94.

LIBER SECVNDVS.

ostētat, satisfactio veniā sibi diuina pietate cōciliat. Nec em̄ poterit indulgentia tribui, nisi irā dei possit cōfessione placare. O veneranda pietas dei, peccam⁹ & parcat, delinquimus & ignoscit, offendim⁹ & adhuc placatus existit. Vnde qualis erga iustos sit mōstrat, dum talē se erga pctōres ostentat. Nec peccator poterit iam excusari, qui cōfessionē per quā venia nascitur, non properauit amplecti, quō possit reus gemino crimine detineri, dum primo legē contempsit vt delinqueret, & cōfessionis remedia amplecti noluit vt periret. Rape tu quisquis es remedia, qui peccando diuina cōtempstisti p̄cepta. Confessio afferat salutē, cui contemptus attulerat mortē. Confiteant̄ singuli queso vobis fratres delictū suū dum adhuc qui delinquit in seculo est, dum admitti confessio eius potest. Dum satisfactio & remissio facta p̄ sacerdotes apud dñm grata est, cōuertamur ad dñm mente tota, & p̄nitentiā criminis veris doloribus exprimentes dei misericordiā deprecemur. Illi se anima p̄sternat, illi mens tota satisfaciat, illi spes omnis incumbat. Rogare aut̄ qualiter debeamus dicit ipse: Reuertimini ad me in toto corde v̄ro, simulq̄ in ieiunio & fletu & plāctu & scindite corda v̄ra, & nō vestimēta v̄ra. Ad dñm tota corde redeamus, irā & offensam eius ieiunijs & fletibus, sicut admonet ipse, placem⁹.

iohel, 24

De P̄nitentia. Cap. LXII.

**B**Eatus Ioannes p̄cursor dñi nostri (quo nemo maior inter natos mulierū surrexit, de quo Prophet̄a dixerat: Ecce mitto angelū meū ante fa-

Mat. 11. 3  
Mala. 3

g. ij



HAY. DE VARIET. LIB.

**Mat. 3.** ciē tuā) hanc primā vocem emisit, dicens: Pœnitenti-  
 am agite, appropinquabit em̄ regnū cœlorū. Vnde  
 aduertimus Ch̄m fuisse locutū p̄ ipsum. Ergo dile-  
 ctissimi vna nobiscū oēs suscipite in p̄cordijs vestris  
 misericordiā dñi nostri, dicētis: Pœnitentiā agite, ap-  
 propinquabit em̄ regnū cœlorū. O dulcedo, vt inter  
 pœnitentiā & regnū cœlorū nihil sit intermediū. Aga-  
 mus ergo penitentiā à facinoribus nostris, & in pun-  
 cto patebit nobis regnū cœlorū. Sic ait beatus Pro-  
**Isa. 59.** pheta: Desinite à malitijs vestris, discite bonū facere,  
 pctā em̄ vestra inter vos & deū separant. Ergo si int̄  
 deū & hominē pctā separant, tollant̄ per pœnitenti-  
 am è medio pctā, & homo cōiunctus est deo, instru-  
**2. Cor. 6.** ente & docēte Ap̄lo: Qui aut̄ adheret deo vnus sp̄s  
 est. Sed dicet aliquis, quō de medio tollere possum  
 pctā? Audi p̄cursorē dñi vociferantē & docentē. Fa-  
**Mat. 3.** cite fructus dignos pœnitentiæ. Iam em̄ securis ad  
 radices arborū posita est. Om̄is arbor quæ non facit  
 fructū bonū excidet̄ & in ignē mittetur. Et q̄ sunt  
 fructus digni pœnitentiæ, nisi vt facias q̄ contraria  
 sunt pctō? Seruiebas idolatriæ vel dēmonibus, nūc  
 iam cōuersus serui deo per fidē. Eras adulter & forni-  
 cator, nunc è cōtrario esto castus. Ebrietati eras dedi-  
 tus, nunc sobrietatis obtine locū. Eras fraudulentus  
 & raptor, nunc esto fidelis & larg⁹. Eras tumidus &  
 superbus, modo esto mansuetus & mitis. Auarus  
 eras & mendax, nunc esto pius & verax. Ecce q̄ sint  
 fructus digni pœnitētię, vt qui antea agebas contra-  
 ria deo, mō contraria agas diabolo, secundū senten-  
 tiā dñi dcentis: Nec ego te cōdemnabo, vade & am-

plu  
mu  
Ioa  
de  
fin  
br  
cid  
re.  
tiā  
fun  
cit  
for  
pu  
nic  
ea  
fi p  
po  
du  
vo  
ter  
est  
tē  
ne  
&  
dia  
pe  
tus  
&  
nu  
tit

LIBER SECVNDVS.

plius iam noli peccare. Et iterum: Remittuntur ei peccata Ioan. 8.  
 multa quia dilexit multum. Hortatur etiam nos dominus per Luc. 7.  
 Ioannem apost. ad penitentiam dicens: Memento unde  
 excideris & age penitentiam, & fac prima opera. Et Apoc. 2.  
 si non egeris penitentiam, veniam & mouebo candelabrum  
 tuum de loco suo. Quod utique ei dicit, quem constat ce-  
 cidisse, & quem hortatur rursus per bona opera exurge-  
 re. Alio item loco penitentiae tempus datur, & peniten-  
 tia non agenti dominus comminatur. Habeo (inquit) aduer-  
 sum te pauca, quia promittis mulierem Iezabel quam se di-  
 cit prophetam esse, docere & seducere seruos meos,  
 fornicari & manducare de idolotheitis. Et dedi illi tem-  
 pus ut penitentiam ageret, & penitere non vult a for-  
 nicatione sua. Ecce ego mitto eam in lectum, & qui cum  
 ea fornicati fuerint in maxima tribulatione erunt ni-  
 si penitentiam egerint ab opibus suis. Quod utique ad  
 penitentiam non hortaret, nisi quia penitentibus in-  
 dulgentiam pollicetur. Et in euangelio. Dico (inquit) Luc. 15.  
 vobis, sic erit gaudium in caelo super vno peccatore peni-  
 tentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis quibus non  
 est opus penitentia. Nam cum scriptum sit, Dominus mor-  
 tem non fecit nec laetatur in perditione viuorum, utique qui Sap. 1.  
 neminem vult perire, cupit peccatores penitentiam agere,  
 & per penitentiam denuo ad vitam redire. Deiecit nos  
 diabolus & elisit per peccatum, oportet utique resurgere  
 per penitentiam & rursus stare contra eum. Nam beatus  
 David caecidit in adulterium peccatum grauissimum, sed  
 & homicidium coniunxit adulterio. Et quid post haec  
 nunquid permansit iacens? nonne surrexit, & iterum ste-  
 tit contra inimicum, & ita eum subiecit ut etiam post

## HAY. DE VARIET. LIB.

mortē merita eius profuerint posteris suis? O pœnitentia, salus animæ, restauratio virtutū, dissipatio vitiorū, expugnatrice dæmoniorū, obstrusio inferorū, porta cælorū, via iustorum, refectio beatorū. Beatus qui te amat, felix qui te tenet, nimiumq; beatus & felix q te vsq; ad vltimū vitę suę diē custodit. Tu mortuos in pētis suscitās, tu desperatos de p̄cipitio mortis reuocas, & ad spem reformas. Tu sectatores & operarios tuos ad spem incitas, ad fidē prouocas, ad charitatē dei & proximi instigas. Tu facis in prosperis humiles, in aduersis fortes. Tu cōtra opprobria & irrisores mites facis. Tu p̄secutiones & iniurias toleras, passiones & flagella patienter sustines. Tu irā frenas, linguā mitigas, pacē custodis, mētem gubernas. Tu in virginibus & deo sacratis beatā custodis integritatē, in viduis laboriosam castitatē, in cōiugatis indiuiduā castitatē. O pœnitentia castissima mat̄, doce filios tuos tenere & amare castitatē, fugere luxuriā, imunditiā & omnem libidinosam coporis trillationē. Nullum em̄ perpetuā pducis ad gloriā, nisi fuerit castus, humilis, patiens, atq; beneuol⁹. O pœnitentiā mater piissima, p̄crea & pduc de sancto vtero tuo gemitus assiduos, suspiria largissima, singult⁹ continuos, excute ex oculis tuis lachrymas profusas, noli cessare, noli pigritare, quousq; rapidissimo cursu ad diem peruenias vltimum.

Qualis debeat esse modus pœnitentię.

Caput LXIII.

**P**œnitentiā quippe agere est, & perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam

## LIBER SECVNDVS.

qui sic alia deplorat, vt tñ alia cōmittat, adhuc pœ-  
 nitentiã agere aut ignorat aut diffimulat. Quid em̃  
 prodest si pctã quis luxurię defleat, & tñ auaritię ad  
 huc æstibus anhelet? Aut quid prodest si iræ culpas  
 iam lugeat, & tamẽ adhuc inuidiæ facibus tabescat?  
 Sed minus est valde quod dicim⁹, vt qui pctã deplo-  
 rat, ploranda minime cōmittat, & qui plangit vitium  
 perpetrare vitia timeat. Nam cogitandũ summope  
 est, vt qui se illicita meminit cōmisisse, à quibusdam  
 etiã licitis studeat abstinere, q̃tinus per hoc condito-  
 ri suo satisfaciãt, vt qui cōmisit prohibita, sibimet-  
 ipsi abscindere debeat etiã concessa, & se reprehendat  
 i minimis q̃ meminit in maximis deliquisse. Ma-  
 gna em̃ iustitiæ pars est seipsum nosse, q̃d paruus est,  
 vt ex eo diuinæ virtuti subdatur humilis ex q̃ suã in-  
 firmitatẽ agnoscit. Bene se iudicat in hac vita, ne iudi-  
 cetur à deo damnatiõẽ perpetua. Tũc aut̃ iudicium  
 de se quisq; sumit, qñ per dignã pœnitentiã sua pra-  
 ua facta cõdemnat. Amaritudo pœnitentiæ facit ani-  
 mũ & sua facta subtilius discutere, & dona dei quæ  
 contẽpsit flendo cõmemorare. Nihil aut̃ peius quã  
 culpã agnoscere nec deslere. Duplicẽ habere debet  
 fletũ in pœnitentiã om̃is peccator, siue quia per negli-  
 gentiã bonũ non fecit, seu quia malum p̃ audaciam  
 perpetravit. Quod oportuit non gessit, & gessit q̃d  
 agere non oportuit. Ille pœnitentiã digne agit, qui  
 reatum suum satisfactiõẽ legitima plangit, conde-  
 mnando scilicet ac deslẽdo quæ gessit. Tãto in deplo-  
 rãdo profundius, quãto extitit in peccãdo procliui-  
 or, q̃ quis quisquis sit peccator & impius, si ad pœnitẽ

Nota

## HAY. DE VARIET. LIB.

tiam cōuertatur, consequi posse veniā creditur. Et  
 quī per pœnitentiam p̄pitiatio p̄ctōrum fit, tñ sine  
 metu hō esse non debet, quia pœnitentiæ satisfactio  
 diuino tñ pensatur iudicio, non humano. Proinde  
 q̄a miseratio dei occulta est, sine intermissiōe flere ne-  
 cesse est. Neq; em̄ vnq̄ oportet pœnitentē habere de  
 p̄ctis securitatē. Igit̄ respiciamus tandē, & dñm n̄m  
 Iesum Ch̄m, tanq̄ boni serui & vtilis, requiramus,  
 nec desperemus dum in hac luce viuimus, veniā nos  
 non posse p̄ pœnitentiā promereri. Post mortē em̄

**Nota** pœnitentię medicamēta non p̄derunt, in hac vero lu-  
 ce p̄siti etiā si in extrema ætate adhibeas pœnitenti-  
 am verā, mihi crede, curaberis. Ideo diabol⁹ oīa mo-  
 uet & agit, vt animū nobis desperatiōis inducat. Scit  
 em̄ vel si in paruo tēpore quis pœnitentiā gerat, q̄-  
 uis sit breuis non erit tñ infructuosa conuersio. Sed  
 sicut is, qui calicē aquæ frigidæ porrexerit nequaq̄  
 fructū mercedis amittit. Ita & is qui p̄ male gestis p̄-  
 teritis pœnitentiā ægerit, licet minus digna videat̄  
 ad p̄ctōrum pondus pœnitentiā, tñ quantulumcunq; il-  
 le nutus pœnitēdi fuerit vel cōuersionis momentū,  
 expers non erit remunerationis bonorū. Nihil enim  
 boni opis, quī sit exiguū, despiciet̄ apud iustū iudi-  
 cē deum, & iam si non potuerit explere d̄m satisfa-  
 ciendi ordinē, quātulumcunq; tñ & quilibet breui tē-  
 pore gestā, non respuet pœnitentiā, suscipiet & iam  
 ipsam, nec patitur quī exiguæ conuersionis perire  
 mercedē. Hoc em̄ iudicare videtur Esaias, vbi de po-  
 pulo Iudæorū talia q̄dam dicit. Propter p̄ctm̄ modi-  
 ce cōtristauit eum, & percussit eū, & auerti faciē meā ab

## LIBER SECVNDVS.

eo, & cōtristatus est, & ambulauit tristis, & sanauit eū  
 & cōsolatus sum eū. Euidentiū autē testimoniū da-  
 bit etiā rex ille impius, q̄ cupiditatē quidē suā prædā  
 vxoris nequitia q̄siuit, sed perturbatus ipsius sceleris  
 immanitate pœnituit, & cilicio facinus suū fleuit at-  
 que ita erga se dei misericordiā prouocauit vt cunctis  
 eum absolueret malis. Sic em̄ scriptū est. Et dixit dñs  
 ad Heliā: Vidisti quō compunctus est Achab à facie 3. Re. 21.  
 mea, & q̄a fleuit in conspectu meo, non inducā ma-  
 la in diebus eius. Sed post hunc iter Manasses, q̄ oēs  
 tyrānos immanitate scelerū superauit, q̄ cultū diuine  
 religionis & obseruantia legis euerterat cęlesti cultu  
 vacuatā. Hic ergo impietate scelerū supergrediēs oīm  
 memoriā, quia tñ pœnituit, iter amicos dei post mo-  
 dū numeratus est. Nam & filius pdigus q̄ substanti-  
 am suā cum meretricibus cōsumpsit, per pœnitentiā  
 recepit prioris gloriæ statū. Vides ergo quāta sit vti-  
 litas pœnitentiæ: quanta conuersionis spes. Nullū est  
 em̄ pctm̄, nulla iniquitas, q̄ non medicamēto pœni-  
 tentiæ sanet, si cōuersio pura & sincera fuerit. Donec  
 sum⁹ in hac vita quāta cūq; nobis acciderint pctā pos-  
 sibile est oīa ablui per pœnitentiā, post mortē autē  
 nulla erit utilitas pœnitentię. Nullus peccator despet  
 de misericordia dei, sed dū adhuc viuūt agat pœniten-  
 tiam pro peccatis suis, & erit misericors dominus de-  
 lictis & facinoribus suis.

De laude & utilitate pœnitentiæ.

Caput LXIII.

**P**rouida mēte & profundo cogitatu cognosci

g v

## HAY. DE VARIET. LIB

debent duo res distincta negotia, id est, quantum distet inter bonum & malum. Nec aliunde haec cognitio quam a primordio repetenda est, quod aliud sit malum, quod peccatum committitur, aliud item sit bonum quo poenitentiam agimus pro commisso. Haec est discretio vtriusque negotii. Serpens in paradiso peccatum suavitatis Euas, poenitentiam reclusit, & inde est boni & mali origo. Quis deo dignior quam David? & tamen deliquit, qui cecidisset de culmine nisi fuisset compunctus. Quis sceleratior Manasse? & hunc poenitentia reuocauit. Poenituit deum quod Saulem elegerit regem, quod propter nisi quia idem poenitentiam ignorauit. Quis sapientior Salomone? sed nesciens poenitentiam perdidit gratiam. O poenitentiam, quae peccata miserae deo remittis & paradysum referas, quae contritum sanas, omnem tristitiam exhilaras, vitam de interitu reuocas, statum restauras, honorem renouas, fiduciam reformas, gratiamque abundantiorum refundis. O poenitentia quid de te noui referam? Omnia ligata tu soluis, omnia soluta tu referas, omnia aduersa tu mitigas, omnia contrita tu sanas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas. O poenitentia rutilantior auro, splendidior sole, quam non vincit peccatum, nec desolatio superat, nec desperatio delet. Poenitentia respuit auaritiam, horret luxuriam, fugit furor, firmat amorem, calcit superbiam, linguam continet, componit mores, odit malitiam, excludit inuidiam. Perfecta poenitentia cogit peccatorem omnia libenter sufferre. Si violentus querat que habet, non vetat, si vestem demat, non refragatur. Percutienti maxillam prebet & alteram, angariatus vultro adiuciet, castigatus gratias agit, prouocatus tacet, exasperatus blanditur, Superiori supplex est, inferiori

## LIBER SECVNDVS.

ri subiacet. In corde eius cōtritio est, in ore cōfessio,  
 ī opere tota humilitas. Hęc est perfecta & fructifera  
 pœnitudo. Sic pœnitētiæ p̄stitū est, Deus esuriēti nu-  
 tritor est, sitiēti potator. Sapienti q̄d stultū putat sa-  
 pit, q̄d triste est placet, q̄d molle est displicet, q̄d fluxū  
 est horret. O pœnitētia misericordiæ mater, & magi-  
 stra virtutū. Magna vbera tua q̄bus reos resoluis, ac  
 reficis delinquētes, lapsos releuas, recreas despatos.  
 Per te Dauid post flagitiū felix, iterū recepit sp̄m sc̄tm̄  
 Per te Manasses post cruenta facinore ecce meruit  
 esse receptibilis. Per te Petr⁹ apo. post q̄ ter negauit,  
 data est ei indulgētię dextera. Per te filius prodig⁹ re-  
 gressus ad p̄rem, non solū amplexū osculumq̄ pater-  
 nū, sed etiā epulū vituli saginati insigne, p̄meruit adi-  
 pisci. Per te mulier fornicaria vberes stillauit lachry-  
 mas, fontēq̄ sui baptismi protinus lauit pedes Ch̄ri,  
 crinib⁹ quidē terfit. Per te Niniue ciuitas magna po-  
 pulusq̄ integer barborū subito deū sapuit, virtutēq̄  
 tuā sensit, odorē tuū accepit, saporē tuū strinxit, dul-  
 cedinē tuā gustauit, cilitiū tuū contraxit, lachrymas  
 tuas profudit, gemitū tuū suspiriumq̄ p̄sensit, fruct⁹  
 vbertatis tuæ abundāter exhibuit & sic opa tua non  
 solum decretæ mortis discrimen euasit, sed etiā vitę  
 incognitæ coronam accepit. Dum igitur in hac vita  
 sumus agamus pœnitentiā cum lachrymis & orati-  
 onibus, ieiunijs, eleemosynis, cæterisq̄ bonis operi-  
 bus pro p̄ctis & sceleribus nostris, ne sine fine in per-  
 petuis cruciemur pœnis, vbi non est pœnitētia, nec  
 vlla indulgētia, sed ira & sine cessatiōe tormenta.

**De laude & vtilitate lachrymarū pœnitē-**



**O**Mnipotens em̄ deus contritionē quærit, fletibus flectitur, lugentes lætificat, pœnitentibus p̄sto est, magnus profectus est lachrymarum. Plorando seruus popitiat dñm, fili⁹ lachrymis mitigat patrē, & asperā matrē plorās paruulus mulcet. Ita ergo & peccator profusis lachrymis remouet irā dei reformatus in ipso. Petrus namq; trinā negationē lachrymis diluit. Scriptū est em̄: Et recordatus Petrus &c. fleuit amare. Dauid em̄ dicit: Venite adoremus & ploremus corā dño qui fecit nos. Et iterū: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, & potū meū cum fletu miscebā, stratumq; meū per singulas noctes lachrymis rigabo. Et iterū: Deus vitam meā nuntiaui tibi posuisti lachrymas meas in cōspectu tuo. Oportet igit̄ nos salutē nr̄am lugere pditā, atq; animā nr̄am mortuā lamētari, vt cū de hoc seculo abstracti fuerim⁹ ad vitam mereamur peruenire perpetuam.

Mar. 26.  
Psal. 94.  
Psal. 101.  
Psal. 55.

Qui sint fructus digni pœnitentiæ, vel qualiter pati vim regnum cælorum potest.

Caput

LXVI.

Greg.  
Mat. 3.

**B**Eatus Ioannes baptista, & dñi nostri Iesu p̄cursor ad turbas loquitur dicens: Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. In quibus verbis notum est, quod amicus sponſi non solum fructus pœnitentiæ, sed dignos pœnitentiæ admonet esse faciēdos. Aliud namq; est fructum facere, aliud dignum pœnitentiæ facere. Vt em̄ secundum dignos pœnitē

## LIBER SECVNDVS.

tiæ fructus loquamur, sciendū, quia quisquis illicita nulla cōmisit, huic iure conceditur vt licitis vtatur.

Sicq; pietatis opera faciat, vt tñ si non voluerit, ea q̄ mundi sunt non relinquat, at si quis in fornicatiōis culpa, vel fortasse (q̄d est grauius) in adulteriū lapsus est, tanto à se licita debet abscindere, quāto se meminit & illicita perpetrasse. Necq; em̄ par fructus boni operis esse debet eius qui minus, & eius qui amplius deliquit, aut eius qui nullis, & eius qui in quibusdā facinoribus cæcidit. Per hoc ergo q̄d dicitur: Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, vniuscuiusq; consciētia conuenitur, vt tātō maiora quærat bonorū operū lucra per pœnitentiā, quanto grauiora sibi intulit damna per culpā. Quia vero ad magna nos opa Ioannes admonet dicens: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Et rursus: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas similiter faciat. Iam patenter datur intelligi, quid est q̄d veritas dicit: A diebus Ioannis baptistæ vsq; nunc regnū cælorū vim patitur, & violenti rapiunt illud. Quæ supnæ verba sententię nobis sunt magnopere p̄scrutanda. Nam q̄rendum est, quō vim regnū cælorū perpeti possit. Quis enim cælo violentiā irrogat? Et rursus q̄rendum est, si pati vim regnū cælorū potest. Cur eandē vim à diebus Ioannis baptistæ & non etiā antea ptulerit? Sed cū lex dicat, si quis hæc vel illa fecerit morte moriat̄, cūctis legētib; liquet, q̄a p̄ctōres q̄sq; pœnā suæ seueritatis perculit, non aut̄ p̄ pœnitentiā ad vitā perduxit. Cum aut̄ Ioannes baptista redēptoris gratiā p̄currens pœnitentiā p̄dicat vt peccator, qui ex culpa est

Mat. 3.

Luc. 3.

Mat. 11.

## HAY. DE VARIET. LIB.

mortuus p̄ conuersionē uiuat, profecto à diebus Io-  
 annis baptistæ regnum cælorū vim patitur. Quid est  
 aut̄ regnū cælorū, nisi locus iustorū? Solis em̄ iustis ce-  
 lestis patriæ p̄mia debentur, vt humiles, casti, mites,  
 atq; misericordes ad gaudia sempiterna pueniāt. Cū  
 vero quis vel superbia tumidus, vel carnis facinore  
 pollutus, vel iracundia accensus, vel crudelitate im-  
 pius, post culpas ad pœnitentiā redit, & vitā eternā  
 percipit: quasi in locū peccator intrat alienum. A di-  
 ebus ergo Ioānis baptistæ regnū cælorū vim patitur  
 & violenti rapiunt illud. Quia qui pœnitentiā p̄ctō-  
 ribus indixit, quid aliud q̄ regno cælorū fieri violenti-  
 tiā docuit. Recogitemus ergo fratres charissimi ma-  
 la q̄ fecimus, & nosmetipsos assiduis lamentis attera-  
 mus, hereditariē iustorū, quā non tenuimus per vitā,  
 rapiamus per pœnitentiā. Vult à nobis omnipotēs  
 deus talē violentiā perpeti. Nam regnū cælorū rapi-  
 vult nostris fletibus, q̄d nostris merit̄ non debetur.  
 A spei ergo certitudine nulla nos malorū nostrorū q̄-  
 litas, nulla quātitas frangat. Præstat magnā veniæ fi-  
 ditiā latro ille venerabil̄, qui non inde venerabilis.  
 vnde latro. Nam latro ex crudelitate, venerabilis ex  
 confessione. Cogitate ergo cogitate q̄ sint incōpre-  
 hensibilia om̄ipotentī deo misericordiæ viscera. La-  
 tro iste cruentis manibus abstractus est à fauce itine-  
 ris, suspensus est in patibulo crucis, ibi confessus est,  
 ibi sanatus est, ibi audire meruit: Hodie mecum eris  
 in paradiso. Quid est hoc? quis tantā bonitatē dice-  
 re dei, quis æstimare sufficiat? De ipsa p̄na criminis  
 peruenit ad p̄mia virtutis. Idcirco autē omnipotēs

## LIBER SECVNDVS.

deus electos suos in quibusdā lapsibus cadere pmi-  
 sit, vt alijs in culpa iacentibus, si toto ad eū corde cō-  
 surgunt, spem veniæ reddat, & eis per lamēra pœni-  
 tentiæ viā pietatis aperiat. Exerceam<sup>9</sup> ergo nosmet  
 ipsos in lamentis, extinguamus fletibus, dignis pœni-  
 tentiæ fructib<sup>9</sup>, culpas, tēpora indulta ne pereāt, q̄a  
 qui multos à suis iniquitatibus iam sanatos aspici-  
 mus, quid aliud q̄ supernæ misericordiæ pignus tenem<sup>9</sup>?  
 Immensam misericordiā cōditoris n̄ri aspiciere debe-  
 mus, q̄ nobis vclut in signo ad exemplū pœnitentiæ  
 posuit eos, quos p pœnitentiā viuere post lapsum fe-  
 cit. Perpēdo etem Petrum, cōsidero latronē, aspicio  
 Zacheū, intueor Mariā, & nihil in his aliud video, ni-  
 si añ oculos nostros posita spei & pœnitētis exēpla.  
 Fortasse em̄ in fide lapsus est aliquis, aspiciat Petrū q̄  
 amare fleuit, q̄d timide negauerat. Ali<sup>9</sup> cōtra, pximū  
 in malitia crudelitatis exarsit, aspiciat latronē q̄ & ī  
 ipso mortis articulo ad vitæ præmia pœnitēdo per-  
 uenit. Alius auaritiæ æstibus anhelans aliena diri-  
 puit, aspiciat Zacheū, qui siquid alicui abstulit, q̄dru-  
 plū reddidit. Alius libidinis igne succēsus, carnis mū-  
 ditiā perdidit, aspiciat Mariam q̄ in se amorē carnis  
 igne diuini amoris excoxit. Ecce om̄ipotēs vbiq; ocu-  
 lis n̄ris q̄d imitari debeam<sup>9</sup> obijcit, vbiq; exēpla suæ  
 misericordiæ opponit. Mala ergo iam displiceāt vel  
 expta. Libēter obliuiscit om̄ipotens deus q̄d nocen-  
 tes fuimus, paratus est pœnitentiā n̄ram nobis ad in-  
 nocētiam deputare. Ingnati post aq̄s salutis renasca-  
 mur ex lachrymis. Itaq; iuxta primi pastoris vocē, si-  
 cut mō geniti infantes lac cōcupiscite, Redite paruu

1. Pe. 23

HAY. DE VARIET. LIB.

li filij ad finū matris vestræ æternæ sapiētiae. Sugite  
larga vbera pietatis dei. Transacta plangite, imminē  
tia vitate. Redemptor noster momentaneos fletus  
vestros æterno consolabitur gaudio.

De perseverantia boni operis Ca. LXVII.

**V**irtus boni operis perseverantia est, & voce ve  
ritatis dicit: Qui aut̄ perseveraverit vsq; in finē  
hic saluus erit. In cassum q̄ppe bonū agitur, si  
Mat. 10. añ vitæ terminū deserat. Ex p̄cepto legis cauda ho-  
Leui. 3. stia iubet̄ offerri. In cauda q̄ppe finis est corporis. Et  
ille bene imolat, bene imolat q̄ sacrificiū boni ope-  
ris vsq; atq; ad finē debitæ perducit actiōis. Hinc lo-  
Ge. 37. seph inter reliq; fratres talarē tunicā habuisse descri-  
bitur. Tunica vero vsq; ad talū, est bonū opus vsq;  
ad cōsummationē. Tūc em̄ placet deo nostra cōuer-  
satio, q̄n bonū qd̄ inchoamus, perseveranti fine cōple-  
mus. Bonū ergo non cōpisse sed perfecisse virtus est.  
Non inchoantibus p̄mium p̄mittit̄, sed perseverantib;  
datur. Semp̄ in vita hoīs finis q̄rendus est, q̄a deus nō  
respicit quales ante fuerimus, sed q̄les circa finē vitæ  
erimus. Vnumquemq; em̄ deus de suo fine, non de vi-  
ta p̄terita iudicat. Persistam⁹ igitur charissimi omni-  
cum intentione in diuinis obsecratiōibus, vt ea quæ  
ei placita sunt, faciat nos cum sua benedictiōe incho-  
are, & vsq; ad perseverantiā bonæ perducere cōsum-  
mationis, qui est α & ω, principiū & finis Iesus Chri-  
stus dominus noster, qui cum patre viuit & regnat  
deus, in vnit̄ate spiritus sancti per infinita  
secula seculorum. Amen.

LIBER TERTIVS.  
PRAEFATIO LIB. TERT.

**D**E igne purgatorio & de aduentu Christi ad iuditiū necnō & de æterno cruciatu tertius hic inchoat libellus, qui ex sanctorū patrum opusculis largiente dño, constat esse excerptus. Excellentissimā paternitatē tuam obnixē deprecor, vt diuinā suppliciter æterni iudicis maiestātē indeficiensq; implores, vt vna tecum à tantis merear eripi malis, & ad vitam peruenire perpetuam. Amen.

Tertij libri Capitula.

- I Quod pro quibusdā leuibus culpīs ignis purgatorius esse ante iudicium credendus est.
- II De saluādis per ignē, id est, de his qui super fundamentū, quod est Christus, aurum, argentum, lapides p̄tiosos: seu & de his qui lignū, fœnum, stipulam ædificant.
- III Quod al̄ sit ignis purgatorius, alter ille p̄petuus, in q̄ peccatores sine fine crucientur.
- IIII Quod hi, q̄ per ignē purgatoriū saluant̄ nō vno eodēq; spatio cruciatū spūs sustinebūt.
- V Quod alij in hac vita p̄enas purgatorias, alij post mortem patiuntur.
- VI Cōtra eos qui per fidē solā absq; bonis opibus per ignē purgatoriū salui esse credunt̄.
- VII Quod q̄ p̄enis purgatorijs sunt deputati, pro eis in hac vita supplicāte Ecclesia expiatur.
- VIII Quod aliqui iusti vt de corpore exeunt statim beata requie suscipiuntur, alij flammis ignis purgatorij excipiuntur,

HAY. DE VARIET. LIB.

- IX Quod anime fidelium defunctorum si culpe insolubiles non sunt, pietate suorum viventium adiuvant, cum pro illis sacrificium & cetera bona offerunt.
- X Quod aliquando de culpis minimis animas iustorum solus pavor egredientis purgat.
- XI De valde tremendo Christi adventu ad iudicium.
- XII Quod secundus saluatoris adventus non humilitate ut prius, sed in gloria demonstrandus sit.
- XIII Qualiter intelligendum est, quod Christus venturus de caelo, iudicaturus sit vivos ac mortuos.
- XIII Quod nullas excusationes obtinere poterimus pro bonis operibus in die iudicii.
- XV Quod etiam minima peccata deducantur ad iudicium futurum, nisi fuerint per penitentiam in hac vita deleta.
- XVI De gemino diuino Iudicio, & quod in ultimo Iudicio Christus mitis apparebit electis, & terribilis reprobis.
- XVII Quod in iudicio futuro, duo erunt ordines electorum, & duo reproborum.
- XVIII Quid inter se differant, duo erunt ordines electorum in iudicio, & duo reproborum, & quid unicuique opponatur ordini.
- XIX De peccato, quod aut hic expiatur, aut in futuro reservatur iudicio.
- XX Quod quilibet hinc quisque egreditur, talis in iudicio presentatur, excepto quod de leuibus culpis ignis purgatorius ante iudicium esse creditur.
- XXI Quam districte eternus iudex venturus sit in die iudicii, & quod nimis tremenda sit dies illa.

LIBER TERTIVS.

- XXII Quod longanimitatē & patiētiam de  
nullus negligat, q̄a districto iudicio iudicabit.
- XXIII De distantia perpetuitatis bonorum sci-  
licet atq; malorum.
- XXIII De inferno, quod sub terra eē credat.
- XXV De gehenna.
- XXVI Quod duplex dānatorū p̄na sit in ge-  
hennā, id est, mentis simul & corporis.
- XXVII Quod vnus gehennæ ignis non æquali-  
ter cruciat omnes peccatores.
- XXVIII De p̄narum distantia.
- XXIX Quare dicatur ignis inextinguibilis.
- XXX Quod sine fine sint tormenta malorū.
- XXXI Contra eos, qui dicūt, idcirco deus pec-  
cantibus eternam minatus est p̄nam, vt eos  
à peccatorum perpetratiōe compesceret.
- XXXII Quō iustum sit vt culpa quæ cū fine per-  
petrata sit, sine fine puniatur.
- XXXIII Quod in illa æterna damnatione, mors  
sit sine morte, & mori velle, & non posse.
- XXXIII Quō anima immortalis sit, dum constet  
quod in perpetuo igne moriatur.
- XXXV Quod animæ iniquorū mox vt de cor-  
pore exeunt, ad infernum descendunt.
- XXXVI Quod animā egredientē ex corpore, si-  
ue sancti angeli, seu dæmones acceperint, secū  
semper sine vlla permutatione retineant.
- XXXVII Quod reprobī, q̄rū causa cōmunis est in  
opere, ad loca etiā cōmunia p̄ mortē deducātur.
- XXXVIII Quod sicut boni bonos in requie, ita



HAY. DE VARIET. LIB.

mali malos recognoscunt in tormentis,

XXXIX Vtrum animę sanctorę orent pro inimicis suis, qui in æterno cruciantur igne.

XL De non renatis, & eorum cruciatu.

XLI Quod ex angelis facti demones propter superbiam de cælis proiecti, irreuocabili percussi sunt pœna.

XLII Quod gehenna non propter homines, sed propter diabolum facta est.

XLIII Quid sit reprobore manibus & pedibus ligare, & quid exteriores tenebrę, & quid fletus & stridor dentium & cætera.

XLIII Quod nulla sit post mortem vtilitas pœnitentię,

XLV Quę & quanta mala habeant hi, qui in gehenna dicuntur occidi.

XLVI Quod tãta sunt in inferno tormẽta vt nulla vox exponere, null<sup>o</sup> valeat sermo explanare.

D. HAYMONIS EPI-

SCOPI HALBERSTATTENSIS, DE VARIE  
tate librorum, siue de Amore cæle-  
stis patrię liber tertius.

Quod pro quibusdam leuibus culpis  
ignis purgatorius esse añ iudiciũ creden-  
dus est.

Caput .I.

LIBER TERTIVS.



Ro quibusdam leuibus culpis  
 esse ante iudicium purgatorius  
 ignis credendus est, pro eo quod  
 veritas dicit: Quod si quis in spi  
 ritu sancto blasphemiam dixerit Mat. 12<sup>o</sup>  
 non remittetur ei in hoc seculo,  
 neq; in futuro. In qua sententia datur intelligi, quas-  
 dam culpas in hoc seculo, quasdam vero in futuro posse  
 laxari. Quod enim de vno negatur, consequens intelle-  
 ctus patet, quia de quibusdam conceditur. Sed tamen ut pre-  
 dixi hoc de pnis minimisq; peccatis credendum est fieri pos-  
 se: Sicut est assiduus ociosusq; sermo, immoderatus  
 risus, vel peccatum curae rei familiaris, quae vix sine culpa vel  
 ab ipsis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant,  
 sciunt. Aut in non grauibus rebus error ignorantiae, quae  
 cuncta etiam post mortem grauant, si adhuc in hac vita  
 positae minime fuerint relaxata. Nam & cum Paulus  
 dicat Christum esse fundamentum atq; subiugat. Si quis super 1. Cor. 3<sup>o</sup>  
 edificauerit super hoc fundamentum aurum, argentum, la-  
 pides pretiosos, lignum, stipulam, vniuscuiusq; opus quae sit  
 ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superedifi-  
 cauerit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit detri-  
 mentum patietur, ipse tamen saluus erit, sic tamen quasi per ignem.  
 Quamuis hoc de igne tribulationis in hac nobis vita ad-  
 hibitio possit intelligi, tamen si quibus haec digne futurae  
 purgationis accipiat, pensandum sollicitate est, quia illum  
 dixit per ignem posse saluari, non qui super hoc funda-  
 mentum ferrum, aes, vel plumbum edificat, id est, peccata  
 maiora, idcirco duriora, atq; tunc iam insolubilia: Sed  
 ligna, foenum, stipulam, id est, peccata minima atq; leuissima

## HAY. DE VARIET. LIB.

ma, q̄ facile igne consumūtur. Sciendū tñ hoc est, q̄a illic saltem de minimis nil quisq̄ purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus, vt illic obtineat, promereatur.

De saluādis per ignē, id est, de his qui super fundamentū, quod est Christus, aurū, argentum, lapides præciosos, seu ⁊ de his qui lignū, fœnū, stipulā, ædificāt. Ca. II.

**D**E his qui superædificant super fundamētum, q̄d est Chrs, non aurū, argentū, lapides præciosos, sed lignū, fœnū, stipulā. De his enim dictū est quod per ignē salui erunt, qm̄ fundamenti merito non peribunt. Sic est intelligendū, vt his manifestis non videantur esse cōtraria. Ligna quippe & fœnū, & stipula non absurde accipi possunt rerū seculariū q̄uis licite concessarū. Tales cupiditates autē amitti, sine animi dolore non possunt. Cum autē iste dolor vrit, si Chrs in corde fundamēti habet locū, id ē, vt nihil ei anteponatur, & malit hō, qui tali dolore vritur, rebus q̄s ita diligit, magis carere q̄ Chro, per ignē fit saluus. Si autē res eiusmodi tēporales ac seculares t̄pe tentatiōis maluerit tenere, q̄ Christum, eū in fundamēto non habuit, quia hoc priore loco habuit, cum in ædificatione prius non sit aliquid fundamenti. Ignis em̄ de eo loco, de quo est locut⁹ Apost. talis debet intelligi, vt ambo per eum transeant, id ē, qui ædificant super hoc fundamentū aurū, argentū, & lapides præciosos, & qui ædificant ligna, fœnū, stipulam. Cū autē hoc dixisset adiunxit: Vniuscuiusq̄ op⁹

1. Cor. 3.

## LIBER TERTIVS.

quale sit, ignis, probabit. Si cuius opus permanferit, quod  
 superaedificauit mercedem accipiet. Si cuius autem opus  
 exustum fuerit, damnatum patietur, ipse autem saluus erit, sic  
 tamen quasi per ignem. Non unius ergo eorum, sed utriusque opus  
 ignis, probabit. Est quidem ignis tentatio tribulationis, Ecclesi. 27.  
 de quo aperte alio loco scriptum est. Vasa figuli, probat  
 fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Iste ignis  
 in hac interim vita facit, quod Apostolus ait: Si accidat duo  
 bus fidelibus, vni scilicet cogitanti quae sunt dei, quomodo pla  
 ceat deo, hoc est, aedificati super Christum fundamentum,  
 aurum, argentum, lapides preciosos: Alteri autem cogitanti quae  
 sunt mundi, quomodo placeat uxori, hoc est, aedificati super  
 fundamentum, ligna, fenum, stipulam, illius opus non exu  
 ritur, quia non ea dilexit quorum amissione crucietur.  
 Exurit autem huius opus, quoniam sine dolore non pereunt,  
 quae cum amore possessa sunt. Sed quoniam alterutra condi  
 one proposita, eis mallet carere quam Christo, nec timore  
 amittendi talia deserit Christum, quis doleat cum amit  
 tit. Saluus est quidem, sic tamen quasi per ignem, quia vrit  
 eum dolor rerum, quas dilexerat, amissarum, sed non sub  
 uertit, neque consumit fundamenti stabilitatem, atque in  
 corruptione munitum, tale aliquid etiam post hanc vitam  
 fieri incredibile non est. Et utrum ita sit queri potest, &  
 aut inuenire aut latere nonnullos fideles per ignem quae  
 dam purgatorium. (Quanto magis minusue bona pereun  
 tia dilexerunt, tanto tardius citiusque saluari) non tamen ta  
 les, de quibus dictum est, quod regnum dei non possidebunt, ni  
 si conuenienter poenitentibus eadem crimina remittantur.  
 Conuenienter autem dixi, ut steriles in elemosynis non sint.

**Quod alter sit ignis purgatorius, alter**

h iij

ille perpetuus, in quo peccatores sine fine  
cruciantur. Caput. .III.

**A**lter etenim est ignis ille futurus, de quo impijs  
dño iudicante dicendum est. Discedite à me  
maledicti in ignē eternū. Alter iste q purga-  
torius proprie appellatur, ppter eos qui p eum salui  
fiunt. Per illum em̄ qui futurus est impiorū null⁹ sal-  
uabitur, quia iuxta qd scriptum est. Ibūt hi in ignem  
eternum. Per istum autē ignē qui & pbat & purgat,  
saluatio pmittitur manifesta, de quo dictū est: Dies em̄  
1. Cor. 3. declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusq;  
opus quale sit, ignis pbat. In illū em̄ eternū ignē  
soli sinistri nouissima & perpetua dānatione mittē-  
tur. Iste autē ignis purgatorius, dexteros pbat, sed  
alios eorū sic pbat, vt ædificium qd supra Chri fun-  
damētum ab eis inuenerit esse cōstructum, non exu-  
rat atq; consumat. Alios autē aliū, id est, vt qd super-  
edificauerūt ardeat dānumq; inde patiant. Saluifiāt  
autē q Chrm in fundamēto stabilit positum pcellen-  
ti charitate tenuerunt. Ab illo em̄ igne perpetuo ne-  
mo saluabit, qā in suppliciiū eternū illi oēs ibunt, vbi  
vermis eorū nō morietur, & ignis eorū nō extinguet.

Quod hi qui per ignē purgatoriū saluā-  
tur, non vno eodemq; spatio cruciatū spūs  
sustinebunt. Caput .III.

**S**icut non omnes reprobi qui mersuri sunt in  
signe eterno, vna eadēq; supplicij qlitate dānan-  
di sunt, sic omēs qui per purgatorias pœnas sal-  
ui esse creduntur in vno eodemq; spatio cruciatū spi

## LIBER TERTIVS.

ritus sustinebunt, vt quod in reprobis agitur discre-  
tiōe penarū, hoc in istis qui per ignem saluandi sunt  
agitur. Sed tanto illis minus vel maius ignis pur-  
gatorij extendetur supplicium, quanto hic minus v[el]  
amplius bona transitoria dilexerunt.

**Quod alij in hac vita p[œ]nas purgatori-  
as, alij post mortē patiūtur.** Cap. V.

**N**Os quidē in hac mortali vita esse quasdā p[œ]-  
nas purgatorias confitemur, sed t[em]p[or]ales p[œ]-  
nas. Alij in hac vita t[em]p[or]ales, alij post mortē, alij &  
nunc & tunc. Verunt[em] t[em]p[or]es a[n] iudiciū illud verissimū no-  
uissimūq[ue] patiunt[ur], non aut[em] oēs veniunt in sempiter-  
nas, q[ui] post illud iudiciū sunt futuræ, qui post mortē  
sustinent t[em]p[or]ales. Nā quibusdā q[ui] in isto non remitti-  
tur, i[n] futuro seculo ne eterno supplicio puniāt, remit-  
tit[ur]. Purgatorias aut[em] p[œ]nas null[us] futuras opinet[ur], nisi  
a[n] illud vltimū tremēdumq[ue] iudiciū, & ignē illū in q[ui]  
oēs impij Ch[ri]o iudicante mersuri sunt antecedant,

**Contra eos qui per fidē solam absq[ue] bo-  
nis operibus per ignē purgatoriū salui es-  
se creduntur.** Cap. VI.

**C**Reduntur à quibusdam & iam hi, qui nomen  
Christi non relinquūt, & eius lauacro in eccl[esi]a  
baptizātur, nec ab ea v[el]lo scismate vel heresi p[ro]-  
cidunt, in quāuisq[ue] sceleribus viuant, q[ui] nec diluāt  
p[œ]nitendo, nec elemosynis redimāt, sed in eis vsq[ue]  
ad vltimū huius vitę diem pertinacissime perseuerēt  
salui per ignem futuri, licet per magnitudinē facino-  
h v

HAY. DE VARIET. LIB

rum & flagitiorū diuturnorū mercantur eterno igne puniri. Sed qui hoc credunt, licet catholici sint, tñ humana quadā bñuolentia mihi falli videntur. Ea em̄  
*Gala. 5.* fides saluare pōt, de q̄ Pau. apost. ait: In Christo Iesu neq; circuncisio quidq̄ valet neq; p̄putiū, sed fides q̄ per dilectionē operatur. Si aut̄ male operatur, p̄culdubio fm̄ Iacobū ap̄lm̄ mortua est in semetipsa: qui  
*Iaco. 2.* rursus ait: Si fidem dicat quis se habere, opa aut̄ nō habeat nunquid poterit fides saluare eū? Porro autē si hō sceleratus, p̄pter solā fidem per ignē saluat̄, & sic est accipiendū q̄d ait beatus Pau. apo. Ipse aut̄ saluus erit, sic tñ quasi per ignem. Si poterit ergo saluare fides sine opibus, & falsum erit quod dixit ei⁹ coa  
*I. Cor. 3.* postol⁹ Iaco. falsumq; erit & illud quod idē ipse Pau  
*I. Cor. 6.* P: Nolite (inquit) errare. Neq; fornicatores, neq; idolis seruiētes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorū cōcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neque maledici, neq; rapaces regnū dei p̄ssidecunt. Si em̄ in istis perseuerātes criminib⁹, tñ prop̄ fidē Chrī salui erunt, quomodo in regno dei non erunt?.

Quod, qui p̄cenis purgatorijs sunt deputati pro eis in hac vita supplicante ecclesia expiatur.

Caput VII.

**S**Piritus illi qui non tam perfectē sanctitatē hinc exeunt ut ire in paradysum statim post dispositionē suorū corporū possint, nec tam criminosē ac damnabilē viuunt, ut ita in suis criminibus perseuerent, ut cum diabolo & angelis eius dānari mereantur, ecclesia pro eis hic efficaciter supplicante à p̄cenis

## LIBER TERTIVS.

medicinalibus expiati, corpora sua cum beata immortalitate recipient, ac regnicælestis facti participes, in eo sine vlllo defectu suæ beatitudinis pmanebunt.

Quod aliqui iusti, vt de corpore exeunt statim beata requie suscipiuntur, alij flâmis ignis purgatorij excipiuntur. Cap. VIII.

**S**Vnt plures in Ecclesia iusti qui post carnis solutionē, continuo beata paradisi requie suscipiunt, expectantes in magno gaudio, in magnis congaudentiū choris, qñ recepto corpore veniāt & appareant añ faciē dei. At vero nōnulli propter bona quidem opera, ad electorū sortē pordinati, sed ppter mala aliqua, quibus polluti de corpore exeunt, post mortē seuerè castigandi excipiunt flâmis ignis purgatorij, & vlvscq; ad diē iudicij lōga huius examinationē à vitiorū sorde mūdant, vlcerte prius amicorum fidelium precibus, elemosynis, ieiunijs, fletib⁹, & hostiē salutaris oblatiōibus absoluti pœnis, & ipsi ad beatorum perueniunt requiem.

Quod animæ fidelium defunctorū, si culpæ insolubiles non sunt, pietate suorū viuentium adiuantur, cum pro illis sacrificium, & cætera bona offeruntur. Cap. IX.

**T**Empus illud inter hoīs mortem & vltimā resurrectionē interpositū est q; animæ in abditis receptaculis cōtineātur, sicut vnaquæq; digna est, vel requie vel erūna, p eo quod sortita est in carne dum viueret. Neq; negandum est defunctorū animas pietate suorū viuentium non releuari cū pro illis



HAY. DE VARIET. LIB.

sacrificiū mediatoris offertur vel eleemosynę fiunt. Sed eis hæc profunt, si cum viuerent, hæc sibi vt postea prodesse meruerunt. Est em̄ quidā viuēdi modus, nec tam bon⁹ vt ista non requirat post mortē. Est vero talis in bono, vt nō requirat ista, est rursus talis in malo, vt nec his valeat cum ex vita trāsierit. Quo circa hic om̄e meritum comparat q̄ possit post hanc vitā releuari quispiā, vel grauari. Nemo autē se præparet qui hic neglexit cum obierit dñm promereri. Non igitur ista q̄ pro defunctis cōmendādis frequentat eccl̄ia, illi apostolicę sunt aduersa sententię, qua dictū est: Om̄es em̄ astabimus añ tribunal Ch̄i vt referat vnusquisq; s̄m ea quę per corpus gessit, siue bonū siue malū. Quia etiā hoc meritū sibi quisq; cum in corpore viueret cōparauit, vt ei possent ista prodesse. Non em̄ omnib⁹ profunt. Et q̄re non omnibus profunt? nisi ppter differentiā vitę quā quisq; gessit in corpore. Cum ergo sacrificia siue altaris, siue quarūcunq; eleemosynarū pro baptizatis defunctis om̄ibus offeruntur, pro valde bonis, gratiarum actiones sunt, pro non valde malis, ppitiatiōes sunt, pro valde malis etiā si nulla sunt adiūmēta mortuorū, qualescunq; viuorū cōsolationes sunt. Quibus autē profunt, aut ad hoc profunt, vt sit plena remissio, aut certe vt tolerabilior fiat ip̄a dānatio. Idē doctor alio loco inter cætera ait: Quatuor sunt q̄ adiuuant hoīes post mortē, id est, oblatiōes sacerdotū, orationes iustorū, eleemosynę charorū, ieiunia amicorum, Nec ista tñ adiuuāt post mortē illis, qui nō in hac vita hoc promeruerint. De hoc em̄ beat⁹ Gregori⁹ pa-

Ro. 13.

Greg.

pa ai  
tor  
stig  
cton  
beat  
pro  
batu  
Pro  
offe  
neri  
ruit  
eo i  
tuli  
Qu  
tion  
tibr  
vid  
me  
ref  
cō  
in  
ta  
ric  
ta  
ta  
illi  
Id  
su  
ga  
er

## LIBER TERTIVS.

pa ait: Si culpæ insolubiles post mortē nō sunt, mul-  
 torū solet animas etiā post mortē sacra oblatio ho-  
 stie salutaris adiuuare, ita vt hoc nō nunq̄ ipsæ defun-  
 ctorū animæ videantur expetere. In quarto eiusdē  
 beati Greg. Dialogorū lib. legitur, quod quidā spirit⁹  
 pro pctis suis in caloribus deputat⁹, qui q̄si hō vide-  
 batur, quodā presbytero panem sibi porrigenti ait:  
 Pro peccatis meis pater omnipotenti deo hunc panē  
 offer, & tunc te exauditū esse cognosce, cum huc ve-  
 neris & minime me inueneris. In quib⁹ verbis dispa-  
 ruit. Idē vero presbyter hebdomada cōtinua se pro  
 eo in lachrymis afflixit, salutarē hostiā quotidie ob-  
 tulit, & post illuc reuersus, iam minime eum inuenit.  
 Qua ex re quantū p̄sit animab⁹ imolatio sacre obla-  
 tionis oñditur, q̄n hanc & ipsi mortuorū spūs à viuē-  
 tibus petunt, & signa indicāt quibus per ea absoluti  
 videantur. Nam quidā monachus iustus noīe, artis  
 medicinæ imbut⁹ (sicut beatus Greg. papa in p̄dicto  
 refert libro) ductus fuit ad ignis p̄cā, pro eo quod  
 cōtra vitæ regularis autoritatē tres aureos abscofos  
 in medicamine illicite haberet. Post dies vero trigin-  
 ta obit⁹ eius, placuit p̄dicto venerabili patri Grego-  
 rio, qui tunc monachus in eodē monasterio sub vi-  
 tæ regularis custodia degebat, vt per illos dies trigin-  
 ta nullus p̄termitteret dies, quo non pro absolutiōe  
 illius salutaris hostia imolaretur. Quod & factū est.  
 Idē vero frater q̄ defunct⁹ fuerat, nocte quadā fratri  
 suo germano noīe Copioso p̄ visionē apparuit, &  
 q̄a die tricesima, q̄ pro sua absolutiōe sacra hostia fu-  
 erat imolata cōmunionē se recepisse, etiā à p̄cānis se

HAY. DE VARIET. LIB.

iā liberatū esse iudicauit. Tūc res apte claruit, quia frat̄  
 q̄ defunct⁹ fuerat p̄ salutarē hostiā supplicii euasit.  
 In p̄dictōnāq; legit̄ libro, q̄d cum q̄dā die beatus Ger-  
 manus Capuanus episcopus, pro medicinali corpo-  
 ris sui necessitate ī angulares termas lauaret pascha-  
 siū, sanctæ Romanæ sedis diaconū in caloribus stan-  
 tē vidit, & quid illic faceret inq̄siuit. Cui ille pro qua  
 causā post mortē in hoc p̄nalī loco esset deputat⁹  
 indicauit, & postmodum dixit. Quæso te, p̄ me dñm  
 deprecare, atq; in hoc te cognoscas exauditū, si huc re-  
 diens me non inueneris. Qua de re vir dñi German⁹  
 se in p̄cibus strinxit, & post paucos dies rediēs iam p̄  
 dictū Paschasiū in loco eodē minime inuenit. Quia  
 em̄ non malitiæ sed ignorantia errorē peccauerat,  
 purgari potuit post mortē à p̄ctō. Quod tñ creden-  
 dū est, quia ex illa elemosynæ suarū largitate hoc  
 obtinuit vt tunc potuisset, p̄mereri veniā, cum iam  
 nihil potuisset opari. Si insolubiles culpæ non fuerit  
 ( sicut iam supra dictū est ) ad absolutionem, p̄desse  
 maxime, etiā mortuis victima sacræ oblationis po-  
 test, qui hic viuendo hoc obtinuerint. Sed sciendū ē  
 quia illis sacra victima mortuis, p̄sit, vt eos etiā post  
 mortē bona adiuuent, q̄ hic pro ipsis ab alijs fiūt. In-  
 ter hæc aut̄ pensandū est, quod tutior via sit, vt bonū  
 quod quisq; post mortē suā sperat agi per alios, agat  
 dum viuit ipse, p̄ se. Beati⁹ quippe est liberum exire,  
 q̄ post vincula libertatem quærere.

Grego.

Quod aliquñ de culpis animas iustoz so-  
 lus pavor egrediētis purgat. Ca. X.

## LIBER TERTIVS.

**P**larumq; de culpis minimis ipse solus pauor egrediētis animas iustorū purgat, sicut de quōdā sancto viro narratur, qui ad mortē veniēs vehementer timuit, sed post mortē discipulis in stola alba apparuit, & quā sit p̄clare susceptus indicauit. Legimus em̄ quod idem beatus pater Gregorius ad purgationē moriētis fratris, qui tres aureos absconditos illicite retinuerat, de quo iam supra dictū est, hoc cōsiliū dedisse illius monasterij p̄lato. Vade ait & nullus ex fratribus se ad eū moriētē iungat, nec sermonē cōsolatiōis ex cuiuslibet eorū ore p̄cipiat, sed cū in morte cōstitutus, fratres quos fuerit ei suus frater carnalis dicat, quod pro solidis quos occulte habuit, à cūctis fratribus abominatus sit, vt saltem in morte de culpa sua mentē illius amaritudo trāsuerberet, atq; à p̄tō quod perpetravit, purget. Idem vero monachus cum puenisset ad mortē atq; anxie quēreret fratribus cōmendari, nullusq; ē fratribus ei applicare & loqui dignaret, ei carnalis frater, qui tūc aderat, ibi cur ab omnib; abominatus esset indicauit. Qui protinus de reatu suo vehementer ingemuit, atq; in ipsa tristitia ē corpore exiuit. Nullatenus enim hoc beatus Gregorius facere iuberet, nisi ad purgationem morientis hoc p̄desse cognouisset. Huc vsq; de igne purgatorio, abhinc de extremo iudicio insistendum est.

Grego.  
li. 4. Dialo.

### De valde tremēdo Christi aduentu ad iudicium. Caput XI.

**A**vdiamus quō prophetis nuntiātibus (vt annuntiari hominibus fas fuit) p̄dicetur Christi aduentus. Ait ergo quidā ex eis, Deus mani-

HAY. DE VARIET. LIB.

- Psal. 49.** fesse veniet, deus noster & non filebit. Ignis añ ipm ardebit, & in circuitu eius procella valida. Vocavit cælū sursū, & terrā discernere populū suū. Alius vero qui & pœnarū species nobis indicat, hoc est Esai-
- Esa. 13.** as, audi quō dicat. Ecce dies dñi veniet insanabilis, dies furoris & iræ, vt ponat orbē terræ desertū, & peccatores perdat ex eo, Stellæ em̄ cæli & orion, & oīs ornatus cæli lumē suū non dabit, & obscurabitur sol in ortu suo, & luna non dabit lumen suū, & mandabo vniuerso orbi mala & impijs pctā eorū, & perdā contumeliā iniquorū, & iniuriā superbōrū humiliabo. Et erunt qui relictī fuerint pretiosi magis q̄ aurū ab igne, & hō pretiosior erit q̄ lapis saphirus. Cælū em̄ q̄tietur & terra mouebitur à fundamentis suis, ppter furorē iræ dñi Sabbaoth, in die q̄ superuenerit
- Mal. 3.** furor eius. Sed & Malachias, ppheta cōsona his loquitur, dicens: Ecce venit dñs omnipotens & quis sustinebit diē aduentus eius? aut quis supportabit conspectū eius? qm̄ ipse ingreditur ignē cōflatoriū, & sicut paleā ventilantiū sedebit cōflans & purgans sicut aurū & sicut argentū. Et iterū dicit: Ecce dies dñi veniet ardens vt clibanus, & exuret eos, & erūt oīes alienigenæ, & omnes qui faciūt iniquitatē, vt stipulam incendet eos dies illa, quę venit dicit dñs omnipotēs, & nō relinquetur radix neq; palmes. Alius vero vir desideriorū ita dicit: Et ecce videbūt & throni positi sunt & antiquus diē sedebat, & indumentū ei⁹ cādidū sicut nix, & capilli capitis eius sicut lana mūda. Throni eius ignis exurens, Fluius igneus currebat ante ipsum. Iuditiū constituit & libri aperti sunt. Et
- Dani. 7.**

## LIBER TERTIVS.

paulo post. Et vidi (inquit) in visione noctis, & ecce  
 in nubibus cæli sicut filius hoīs veniebat, & de vsq̄  
 ad vetustū diæ peruenit, & in cōspectu eius oblat<sup>9</sup>  
 est, & ipsi datus est principatus, & honor, & regnū,  
 & omēs populi, tribus, & linguæ ipsi seruient. Et po  
 testas eius potestas æternā q̄ non transibit, & regnū  
 eius nō corrumpetur. Inhorruit spūs meus. Ego Da  
 niel territus sum in his, & visiones capitis mei cōtur  
 bauerunt me. Cum ergo hæc agi cœperint, panden  
 tur sine dubio cæli portæ imō potius ipsum cælū au  
 feret è medio tanq̄ si tabernacula alicuius velamina  
 colligantur, scilicet vt reparetur & trāsformet in me  
 lius. Tunc ergo omīa metus habebit, timorq̄ ac tre  
 mōr implebit vniuersa. Tunc etiā ipsos angelos for  
 mido quassabit & non solū angelos sed fortassis &  
 archangelos, & thronos & dñationes & principat<sup>9</sup>,  
 & potestates. Hoc enim indicat in eo quod dicit, &  
 virtutes cælōr mouebūtur. Conserui em̄ sunt eorū  
 qui iudicandi sunt, & vitæ huius posituri rationē. Si  
 em̄ apud iudices seculi cum ciuitas vna indicāda est,  
 pauent, cæteræ & contremiscunt, etiā si nihil pericu  
 li metuāt, quanto magis cum orbis terræ vniuersus  
 ad iudiciū veniet, & iudicādus à iudice, qui teste non  
 ggeat, qui argumēta non q̄rat, qui oratōrē causę nō  
 postulat. Sed his omībus procul amotis ipse & gesta  
 & verba & cogitationes denudet atq; in mediū col  
 locet, & cūcta velut in talibus quibusdā depicta ocu  
 lis eorū quæ commiserūt, ea atq; omniū qui assistere  
 videntur ostendat. Quomodo tunc cōmouebitur,  
 & in metu erit vniuersa creatura?

Quod secundus Saluatoris aduentus non in humilitate vt prius, sed in gloria demonstrandus sit. Cap. XII.

Mat. 24.

Sicut enim fulgur exit ab oriente (dicere in euangelio dñi) & paret vsq; in occidentē, ita erit aduentus filij hominis. Hoc quoq; sciendū est, quod secundus saluatoris, non in humilitate vt prius, sed in gloria demonstrandus sit. Et post pauca infert dñs & dicit: Sol obscurabitur & luna dabit lumen suū, & stellæ cadent de cælo, virtutesq; cælorū mouebūtur. Nō diminutione luminis alioquin legimus solem septu plū habiturū luminis, sed comparatione veræ lucis omnia videbuntur visuri tenebrosa. Si itaq; iste sol, qui nunc per totū orbē rutilat, & luna quæ secundū est luminare, & stellæ quæ ad solatiū noctis accensæ sunt, omnesq; virtutes, q̄s angelorū multitudines intelligimus in aduētū Chri inter tenebras reputabūt, decutiatur superciliū eorū, qui se sanctos arbitantes p̄sentiā iudicis non formidant, & tūc (inquit dñs) parebit signū filij hominis in cælo. Signū hic autem crucis intelligamus vt videant, iuxta Zachariam & Ioānem, Iudæi quem cōpunxerunt. Aut vexillum victoriæ triūphantis, quia tunc plangent omnes tribus terræ. Plangent hi qui municipatum non habent in cælis, sed scripti sunt in terra.

Eodem

Qualiter intelligendū est, quod Christus venturus de cælo, iudicaturus sit viuos & mortuos. Caput XIII.

LIBER TERTIVS.

**I**am vero de Christo cōfitemur futurū, qm̄ de cæ-  
lo venturus est, & viuos iudicatur⁹ ac mortuos.  
Non pertinet ad vitā nostrā quæ hic geritur, quæ  
nec in rebus gestis eius est, sed in fine seculi gerendis.  
Ad hoc pertinet, quod Apłs secutus adiunxit. Cum  
Christus apparuerit vita v̄ra, tunc & vos apparebit⁹  
cum illo in gloria. Duobus autē modis accipi potest  
quod viuos & mortuos iudicabit. Siue vt viuos in-  
telligamus, quos hic nondū mortuos, sed adhuc in  
ista carne viuentes inuēturus est eius aduētus, mor-  
tuos autē qui de corpore priusquā veniēt exierunt vł  
exituri sunt. Siue viuos iustos, mortuos iniustos, qm̄  
iusti iudicabuntur. Aliqñ enim iudiciū dei ponitur ī  
malo, vnde illud est. Qui autē male egerūt in resurre-  
ctionē iudicij. Aliquando em̄ & in bono, secundum  
quod dictū est: Deus in nomine tuo saluū me fac, &  
in virtute tua iudica me. Per iudiciū q̄ppe dei fit ipsa  
bonorū malorumq; discretio, vt liberādi à malo, nō  
perdendi cū malis, boni ad dextrā se regentur. Pro-  
pter quod ille clamat. Iudica me deus: & quid dixe-  
rit veluti exponens: Et discerne (inquit) causam me-  
am de gente non sancta.

Col. xi

Ioan. f.

Psal. 42

**Quod nullas excusatiōes p̄ bonis operi-  
bus obtendere poterimus in diem iudicij.**

Caput XIII.

**A**ge iam ad vltimū iudicium venerimus ab  
eo iudice iudicandi, qui nec falli occultatiōe  
criminū potest, nec ad impunitatē promerē  
dam muneris alicuius oblatiōe corrumpi, cum cæ-

i ij



HAY. DE VARIET. LIB.

perint omniū secreta reuelari, & non solum actus & verba sed etiā ipsæ cogitationes oñdi, quid faciem⁹ sub tanti iudicis maiestate? quid excusatiōis obtēdere poterimus? qua nos defensionis arte purgabim⁹? Quę nobis subuentura est pœnitētia, quā in hac carne contēpsimus? Quę nos defensura sunt opa bona, quę in hac vita non fecimus? Ad quos Apostolos, aut ad quos alios sanctos cōfugituri sumus, quorū exempla simul ac verba despeximus? an forte aliq̄ ibi fragilitas corporis excusabit? Sed excusatiōe eorū reclamabunt omniū exempla sanctorū, qui fragilitatem carnis in carne viuentes, quod fecerunt vtiq; facere posse docuerūt, maxime quia nec ipsi pctō sua virtute, sed dñi miserantis auxilio restiterūt: qui se & non quærētibus, vt q̄ratur atq; in eum credatur oñdit, & credentes in se ne à pctō vincantur inuicta p̄tectiōe defendit. Quid ergo respōsuri sunt, si eis dñs dicat: Si potuistis q̄re non restitistis desiderijs peccatorū? Si non potuistis, quare meū contra pctā non quæsistis auxiliū? Aut vulnerati, quare pœnitendo non adhibuistis vulnere v̄o remedium? Nunquid ad hæc obmutescemus? quid aut excusatiōis restet? Non habētibus dicit, ligate eos manibus & pedibus & mittite eos in tñbras exteriores, ibi erit flet⁹ & stridor dētiū, ibi verm̄ eorū nō moriet̄ & ignis eorū nō extinguet̄.

Quod etiā minima peccata deducuntur ad iudiciū futurum, nisi fuerint in hac vita per pœnitentiam deleta. Cap. XV.

**P**Arua etem peccata, & ea de quibus etiā nec suspicamur, deducuntur ad iudiciū nisi in hac vi-

## LIBER TERTIVS.

ra per pœnitentiã, & cœtera bona opa fuerint expur-  
gata. Nam & otiosis verbis de quib⁹ nos minime ca-  
uemus dñs dicit. De omni verbo otioso qđ locuti fue-  
rint hoies, reddet de eoratione in die iudicij. Mat. ra. Quid  
nos miseri facturi sumus in illo die, qui omnib⁹ ma-  
lis inuoluti sumus? Nec desperemus, sed agamus pœ-  
nitentiam vt nostra deleantur peccata.

**De gemino diuino iudicio, ⁊ quod in vlti-  
mo iudicio Christus mitis apparebit ele-  
ctis, ⁊ terribilis reprobis.** Cap. XVI.

**G**eminũ est diuinũ iudiciũ. Vnũ, quod & hic iu-  
dicantur homines & in futuro. Alterũ, quod  
propterea hic iudicantur, ne illic iudicentur,  
ideoq; quibusdã ad purgationẽ temporalis proficit  
pœna. Quibusdã vero hic inchoat dãnatio, & illic p-  
fecta speratur perditio. In iudicio reprobi humani-  
tatẽ Christi in qua iudicatus est videbunt vt doleãt.  
Diuinitatẽ vero eius non videbũt, ne gaudeãt. Qui-  
bus eñ diuinitas oñditur vtiq; ad gaudiũ demõstra-  
tur. Pro diuersitate cõscientiarũ & mitis apparebit in  
iudicio Christ⁹ electis, & terribilis reprobis. Nam q̃-  
lem quisq; cõscientiã tulerit, talẽ & iudicẽ habebit,  
vt manente in sua trãquillitate Christo, illis solis ter-  
ribilis appareat, quos conscientia in malis accusat.

**Quod in iudicio futuro duo erũt ordines  
electorũ, ⁊ duo reprobõrũ.** Cap. XVII.

**D**uo sunt ordines electorũ in iudicio futuro.  
Vnus iudicantiũ cum dño, qui reliquerunt  
oñia, & secuti sunt illũ, de quibus dicit. Vos

## HAY. DE VARIET. LIB.

**Mat. 22.** qui reliquistis omnia & secuti estis me, in generatione hominis cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Alius ordo iudicaturus a domino, quod non quidem omnia sua pariter reliquerunt, sed de his tantum quae habebant quotidianas dare elemosynas pauperibus Christi curabant, unde audituri sunt in iudicio. Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Sitiui & potastis me. Nudus eram & vestistis me &c. Sed & reproborum in iudicio duo ordines futuros domino narrate cooperimus. Vnum eorum, qui fidei christianae mysterijs initiati, opera fidei exercere contemnunt, quibus dicendum in iudicio testatur. Discedite a me

**Mat. 25.** maledicti in ignem aeternum quod paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim & non dedistis mihi manducare &c. Alterum eorum, qui fidei mysteria Christianae vel nunquam susceperunt, vel suscepta per apostasiam reiecerunt, de quibus dicit: Qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filij dei. Qui cum nec verbo tenus Christum colere voluerunt, nec verba factum eius quibus coarguantur in iudicio merentur audire. Sed ad hoc tantum veniant in iudicium ut cum eis, qui iudicantur peccatoribus in damnationem mittant aeternam.

**Ioan. 3.** Quid inter se differant duo electorum ordines in iudicio, & duo reproborum, & quid unicuique opponatur ordini. Cap. XVIII.

**D**uae sunt differentiae vel ordines hominum in iudicio, hoc est, electorum & reproborum, qui tantum dividuntur in quatuor. Perfectorum ordo unum

## LIBER TERTIVS.

est, qui cū deo iudicat, & alius q̄ iudicatur. Vtriq̄ tñ cum Christo regnabunt. Similiter ordo reprobora partitur in duob⁹, dum hi qui intra ecclesiā sunt mali iudicandi sunt & dānandi. Qui vero extra ecclesiā inueniendi sunt, non sunt iudicādi, sed tñ damnādi. Prim⁹ igit ordo eorū, qui iudicātur & periunt, opponitur illi ordini bonorū de quo sunt qui iudicātur & regnant. Secundus ordo eorū qui non iudicantur & pereunt, opponitur illi ordini p̄fectorū, in quo sunt hi q̄ non iudicātur & regnāt. Tertius ordo eorū qui iudicātur & regnāt, illi ordini est contrarius, de quo sunt qui iudicātur & pereunt. Quartus ordo eorū est qui non iudicātur & regnāt, opponitur illi e contrario quo illi sunt, qui non iudicantur & pereunt.

De pctō quod aut hic expiatur, aut in futuro reservatur iudicio. Cap. XIX.

**N**eq̄ em̄ frustra ille pprie dicit, dies iudicij qñ v̄turus est iudex viuorū & mortuorū. Sicut e contrario iudicantur hic aliqua, & tñ si remittuntur, p̄fecto in futuro seculo non nocebūt. Propterea de quibusdā tēporalibus p̄nis q̄ in hac vita peccantibus irrogātur, nec seruantur in fine, ait Apostolus: Si em̄ nosmetipsos iudicarem⁹, à dño non iudicarem⁹. Cum iudicamur aut, à dño corripimur, ne cum mundo damnemur. 1. Cor. ii.

Quod qualis hic quisq̄ egreditur, talis in iudicio p̄sentatur, excepto quod de leuib⁹ culpis ignis purgatorius añ iudiciū esse creditur. Caput XX.

HAY. DE VARIET. LIB.

**I**N euangelio dicit dñs. Ambulate dum lucē habe-  
 tis. Per Prophetā quoq; ait: Tempore accepto ex-  
 audiui te, & in die salutis adiui te. Quod Paulus  
 apo. exponens dicit. Ecce nūc tempus acceptū, ecce  
 nunc dies salutis. Salomon quoq; ait: Quodcūq; po-  
 test manus tua facere instanter operare. Quia nec  
 opus, nec ratio, nec sapientia, nec sciētia, erit apud in-  
 feros, quō tu properas. David quoq; ait: Qm̄ in secu-  
 lum misericordia eius. Ex quibus nimirū sentētijs cō-  
 stat, quia qualis hinc quisq; egreditur, talis in iudicio  
 presentatur. Sed tñ de quibusdā leuibus culpis esse  
 añ iudicium ignis purgatori⁹ credēdus est, sicut iam  
 supra scriptū est. Nemo igit̄ dum in hac p̄senti uiuit  
 vita negligat opari bona q̄ pōt, quia post hanc vitā  
 si uoluerit, iam non poterit. Quia ergo & venturæ  
 mortis tēpus ignoramus, & post mortē operari nō  
 possumus, superest vt ante mortem tempora indul-  
 ta rapiam⁹. Sic em̄ mors ipsa cum uenerit vincetur,  
 si priusquam ueniat semper timeatur.

Quam districte æternus iudex v̄turus  
 sit in die iudicij, ⁊ quod nimis tremenda sit  
 dies illa. Caput XXI.

**D**istriccionem venturi iudicis Paulus confide-  
 rās, ait: Horrendum est incidere in manū dei  
 uiuentis. Hinc Psalmista exprimit dicens: De-  
 us manifeste ueniet, Deus noster & non silebit. In cō-  
 spectu eius ignis ardebit, & in circuitu eius tēpestas  
 valida. Districcionem quippe tantæ iustitiæ, tempe-  
 stas ignisq; comitantur. Quia tēpestas examinat, q̄s

## LIBER TERTIVS.

ignis exurat. Illum ergo diem fratres charissimi, illū  
 añ oculos ponite, & quicquid modo graue creditur,  
 in eius cōparatione leuigetur. De illo em̄ die per Pro-  
 phetam dicitur. Iuxta est dies dñi magnus, iuxta &  
 velox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur  
 ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulatiōis & angu-  
 stia, dies calamitatis & miseria, dies tenebræ & cali-  
 ginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clāgoris.  
 De hac die iterū dñs per Prophetā dicit. Adhuc semel  
 & ego non solū terram, sed etiā cælū mouebo. Illum  
 ergo diem tota intentione cogitate, vitā corrigite,  
 mores mutate, mala tentantia resistendo vincite, p-  
 petrata aut̄ fletibus punite. Aduentū namq; æterni  
 iudicis tanto securiores quandoq; videbitis, quanto  
 nunc distriktionem illius timendo præuenitis.

**Quod longanimitatem ⁊ patientiam dei  
 nullus negligat, quia districte in iudicio iu-  
 dicabit.**

Caput

XXII.

**N**emo longanimitatē dei negligat. Quia tan-  
 to distriktionē iustitiam in iudicio exercebit, Greg.  
 quanto longiorē patientiā ante iudiciū præ-  
 rogauit. Hinc etenim Paulus dicit. Ignoras, qm̄ Ro. 2.  
 benignitas dei ad pœnitentiā te adducit. Secundum  
 autē duritiā tuā, & cor impœnitens, thesaurizas tibi  
 iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Hinc  
 Psalmista ait: Deus iudex iustus, fortis, & longani Psal. 7.  
 mis. Dicturus quippe longanimem præmisit iustū,  
 vt quē vides peccata delinquentiū diu patiēter ferre  
 scias hunc quādoq; & iam districte iudicare. Hinc p

i v

## HAY. DE VARIET. LIB

quendam sapientē dicitur: Altissimus em̄ est patiens redditor. Patiens em̄ redditor dicitur, quia p̄ctā hominū patitur & reddit, Nam quos diu vt conuertā-  
**Ans.** tur tolerat, non cōuersos durius damnat. Ergo qui æterno vult sine fine carere supplicio, necesse est vt dei sine intermissione obediat p̄cepto.

De distantia perpetuitatis bonorū scilicet & malorum. Caput XXIII.

**P**ost resurrectionē vero factā vniuerso impleto iudicio suo fines habebūt ciuitates duæ, vna scilicet Christi, altera diaboli, vna bonorū, altera malorū, vtraq; tñ & angelorū & hoīm. Istis voluntas, illis facultas non poterit vlla esse peccādi vel vlla cōditio moriendi. Istis in æterna vita vere feliciterq; viuentibus, illis infeliciter in æterna morte sine moriendi potestate durantibus, quō vtriq; sine fine sed in beatitudine isti, in miseria vero illi, vt iam nec remunerati præmiū finiant, nec damnati supplicium. Quandoquidē propterea incorruptio & immortalitas dabitur, etiā corporibus miserorum, vt nec ipsi æternā p̄nam finiant, nec ipsos cōsumat immortalis p̄na, sed puniat. Ideo beata incorruptiōe & immortalitate iustorū corpora donabuntur, vt & ipsi in gloria, & in ipsis gloria æterna permaneat.

De inferno, quod subtus terram esse creditur. Caput XXIII.

**N**onnulli namq; in quadā terrarū parte infernū esse putauerunt, alij vero hunc sub terra esse existimant, sed tñ hoc animum pulsat, quia

## LIBER TERTIVS.

Idcirco infernū dicimus, quia inferius iacet: quod terra ad cælū est, hoc esse inferius debet à terra. Vnde & fortasse per Psalmistā dicitur: *Liberasti animā me* Psal. 35, am ex inferno inferiori. Infernus superior terra, infernus vero inferior sub terra esse videtur. Et Ioannis vox in ea estimatiōe cōcordat, qui cum signatū Apoc. 5. librū septē sigillis vidisse se diceret, quā nemo inuentus est dignus neq; in cælo neq; in terra, neq; subt<sup>9</sup> terrā aperire librū, & soluere signacula eius, adiunxit: Et ego flebā multū. Quē tñ librū postmodū per leonē de tribu Iuda dicit aperiri. In quo videlicet libro qd aliud q̄ sacra scriptura signatur, quā solus redēptor noster aperuit, qui homo factus moriendo, resurgēdo, ascendendo cuncta mysteria, q̄ in ea fuerāt clausa, patefecit. Et nullus in cælo, quia neq; angelus, nullus in terra, quia neq; homo viuēs in corpore, & nullus subtus terrā dignus inuentus est, quia neq; animę corpore exuta aperire nobis, præter dñm, sacri eloqui secreta potuerūt. Cum ergo ad soluendū librū nullus subtus terrā null<sup>9</sup> inuētus dignus dicit, qd obftet non video vt subtus terrā esse infern<sup>9</sup> credatur.

### De Gehenna. Caput XXV.

**N**omen gehennę in veteribus libris non inuenitur, sed primū à saluatore ponitur. Quare Beda. mus ergo q̄ sit sermonis huius occasio. Idolum Baal fuisse iuxta Hierusalem ad radices, montis moriæ, in quibus Siloa fluit, legimus. Hęc vallis & parui campi planities irrigua erat & nemorosa, plenaq; delitijs, & lucus in ea idolo consecratos. In tan-



HAY. DE VARIET. LIB.

tam aut̄ populus Isral̄el dementiā venerat vt deserē  
do tēpli vicinia, ibi hostias immolaret, & rigorē reli  
gionis delitiā vincerent, filiosq; suos incenderēt dæ  
moni vel iniliarēt, & appellabatur lucus ipse gehē  
non, id est, vallis filiorū Ennon. Hoc Regū volumē,  
& Paralipomenon, & Hieremias scribūt plenissime.  
Et cōminatur deus se locū ipsum impleturū cadaveri  
b<sup>o</sup> mortuorū, vt nequaquā vocetur Tophet & baal, sed  
vocetur polyandron, id est, tumulus mortuorū. Fu  
tura ergo supplicia & pœnæ perpetuæ, quibus pctō  
res cruciandi sunt, huius loci vocabulo denotantur.  
Duplicē esse gehennā nimij ignis & frigoris in Iob  
plenissime legimus.

Quod duplex dānatorū pœna sit in gehē  
na, id est mentis simul ⁊ corporis. XXVI.

**D**Vplex damnatorū pœna est in gehenna, quo  
rum & mentē vrit tristitia, & corp<sup>o</sup> flāma iu  
xta vicissitudinē, vt qui mente tractauerunt  
quod perfecerunt corpore, simul & animo puniant̄  
& corpore. Ignē gehennę ad aliqd non habere, hoc ē  
habere, lumē ad dānationē, vt videāt īpij vñ doleāt,  
& nō habere ad cōsolationē ne videant vñ gaudeāt.

Quod vnus gehēnæ ignis, nō equaliter  
oēs cruciet peccatores. Cap. XXVII.

**V**Nus quidē est gehēnæ ignis, sed non vno mō  
omnes cruciat pctōres. Vnius cuiusq; em̄ quā  
tum exigit culpa, tm̄ illic sentiet pœnæ. Nam  
sicut in hoc mundo sub vno sole multi cōsistunt, nec  
tm̄ eiusdē solis ardorē æqualiter sentiunt, quia alius

## LIBER TERTIVS.

plus æstuat atq; alius minus. Ita illic in vno igne nõ vnus est modus incendi, quod hic diuersitas corporũ, hoc illic agit diuersitas pctõrum, vt ignem non dissimilem habeant, & tamen eosdem singulos dissimiliter exurat.

### De pœnarũ distantia. Cap. XXVIII.

**M**itissima sane omniũ eorũ erit pœnea, qui p̄ter peccatũ quod originale traxerũt, nullũ insuper addiderunt. Tãto aut̄ ibi quisq; tolerabiliorẽ habebit damnationẽ, quanto hic minorem habuit iniquitatẽ. Remanentibus itaq; angelis & hominibus reprobis in æterna pœna, tunc sancti scient plenius, quid boni eis cõtulerit gratia, tunc rebus ipsis euidentius apparebit, quod in Psalmo scri- Psal. 100.  
ptũ est: Misericordiã & iudicium cantabo tibi domine. Quia nisi per indebitã misericordiam nemo liberabitur, & nisi per debitũ iudiciũ nemo dãnabitur.

### Quare dicatur ignis inextinguibilis.

#### Caput XXIX.

**I**gnis em̄ hic qui in præsentì vita est cõsumit cũcta quæ recipit. Perpetuus ille ignis quos suscepit Chryso.  
semper cruciat, & pœnæ suæ semper integros seruat. Propterea enim inextinguibilis dicitur, non solum quia ipse nõ extinguitur, sed quia nec eos quos suscepit extinguit, nec perimit. Scriptura etem̄ di- 1. Cor. 15.  
dicit, quia & peccatores induant corruptionẽ, Scilicet non ad honorem vitæ, sed ad diurnitatẽ suplicij profuturã. Huius aut̄ pœnæ vim & ignis illius po-

HAY. DE VARIET. LIB.

tentiam, nulla vox exponere, nullus sermo poterit  
explanare. Nihil est enim, in rebus corruptibilibus siue  
bonis siue malis illi simile, veruntamen ut aliquam  
imaginem ignis illius vel ex poena huius capiamus,  
illi comparauimus.

Quod sine fine sint tormenta malorum.

Caput XXX.

**S**icut enim finis non est, gaudij bonorum, ita & finis  
non est tormentorum malorum. Nam cum  
veritas dicat: Ibunt hi in supplitiū aeternū, iusti  
*Mat. 25.* aut in vitā aeternā: quia verum est quod promisit, falsum  
proculdubio non erit, quod minatus est deus.

Contra eos qui dicunt, Idcirco deus pec-  
cantibus aeternā minatus est poenā, ut eos  
a peccatorum perpetracione compesceret.

Caput XXXI.

**S**i falsum est quod minatus est, ut ab iniustitia cor-  
rigeret, etiā falsa est pollicitus, ut ad iustitiā pro-  
*Grego.* uocaret. Sed quis hoc dicere vel insanus praesum-  
mat: Et si minatus est quod non erat impleturus, dū  
asserere eum misericordē volumus, fallacē (quod di-  
ci nefas est) predicare compellimur. De hoc beatus Au-  
*Aug.* gustinus inter caetera ait: Frustra itaque nonnulli imo  
quā plurimi aeternā damnatorum poenā, & cruciatum sine  
intermissione perpetuos humano miserantur affe-  
ctu, atque ira futurum esse non credunt. Non quidā scri-  
pturis aduersando diuinis, sed pro suo motu dura  
queque moliendo, & in leniore flectendo sententiā,

## LIBER TERTIVS.

quæ putât in eis terribilius esse dicta quàm verius. Num enim obliuiscetur (inquiunt) misereri deus? aut continebit in ira sua misericordias suas? Hoc quidē in sancto legitur psalmo. Sed de his sine vlllo scrupulo intelligitur, qui vasa misericordiæ nuncupantur. Quia & ipsi non pro meritis suis, sed deo miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes existimant pertinere, non ideo necesse est vt damnationē opinentur posse finire eorū, de quibus dictū est: Sic ibunt isti in supplicium eternū: nisi & isto modo putetur quādoque habitura finem felicitas, cum subiungatur: Iusti autē in vitam æternam.

Quo iustum sit vt culpa, quæ cū fine perpetrata est, sine fine puniatur. Cap. XXXII.

**H**oc recte diceretur, si districtus iudex non corda hominū sed facta pensaret. Iniqui enim deo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt. Nam voluissent vtrique si potuissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quā in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.

Quod in illa æterna dānatione mors sit sine morte, et mori velle et non posse.

Caput XXXIII.

**S**upplicia namque æterna in se diuersos, & vltra vires cruciant, & eis vitæ subsidium extinguentes seruāt, vt sic vitam terminus puniat quatinus Grego.

HAY. DE VARIET. LIB.

semper termino cruciatus per tormēta proferat, & sine fine definiens duret. Fit ergo miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia & mors viuit, & finis semp incipit, & deficere defectus nescit. De hoc inter cætera cōspicius doctor Augustinus ait: Nihil est peius in morte, q̄ esse in morte sine morte, & mori velle & mori non posse.

Quomodo anima immortalis sit, dum cōstat quod in perpetuo igne moriatur.

Caput XXXIII.

Greg. Sicut duobus modis vita dicitur, ita duobus modis etiam anima debet intelligi. Aliud est namq̄ quod in deo viuimus, aliud vero quod in hoc q̄ cōditi vel creati sumus, id est, aliud est beate viuere, aliud essentialiter. Anima itaq̄ & mortalis esse intelligitur, & immortalis. Mortalis, quippe, quia beate viuere amittit, immortalis aut̄, quia essentialit̄ viuere nūquā definit, & nature sue vitā perdere non valet, nec cum in perpetua fuerit morte dānata. Illic em̄ posita beata esse perdet, & esse non perdet. Ex qua re semp cogitur, vt & mortem sine morte, & defectū sine defectu, & finē sine fine patiatur, quatinus ei & mors immortalis sit, & defectus indeficiens, & finis infinit̄.

Quod animæ iniquoz mor vt de corpore exeunt, ad infernū descendāt. Ca. XXXV

SI esse sanctorū animas in cælo attestatione sacri eloquij credimus, oportet vt & iniquorum animas in inferno per omnia esse credamus. Quia

## LIBER TERTIVS.

ex retributione æternæ iustitiæ, ex qua iam iusti gloriantur, necesse est per omnia ut & iusti cruciantur. Nam sicut electos beatitudo lætificat, ita credi necesse est, quod à die exitus sui ignis reprobos exurat.

Quod animã egredientē e corpore, siue sancti angeli, seu dæmones acceperint, secum semper sine vlla pmutatione retineãt.

Caput XXXVI.

**S**criptura etem dicit: In quacumq; partē ceciderit lignū, siue ad austrū, siue ad aquilonē, ibi erit, Eccl. ii.  
Scilicet, quia cum hoīs animã mortis tempore egredientē à claustro carnis siue sanctus seu malignus spūs acceperit, in æternū secū sine vlla pmutatiōe retinebit, ut nec exaltata ad supplitiū pruat, necmersa æternis supplitijs vltra ad remediū ereptiōis ascēdat.

Quod reprobi, quorū causa cōmunis est in opere, ad loca etiã cōmunia post mortē deducantur.

Caput XXXVII.

**S**Item reprobi, quorū causa cōmunis est in opere ad loca etiã cōmunia post mortē nō deducerentur, nequaquā iudex veniens dicitur se messoribus esse phiberet: Colligite zizaniã, & ligate eam in fasciculos ad cōburendū. Messores quidē angeli, zizaniã ad cōburendū in fasciculos ligant, cum pares paribus in tormentis similibus sociant, ut superbi cum superbis, luxuriosi cum luxuriosis, auari cum auaris, fallaces cum fallacibus, inuidi cū inuidis, infideles cū infidelibus ardeant. Cum ergo similes in culpa ad tor-

k

HAY. DE VARIET. LIB.

menta similia adducuntur, qui eos in locis pœnali-  
bus angeli deputât, quasi zizaniorum fasciculos ad  
comburendum ligant.

Quod sicut boni bonos in requie, ita ma-  
li malos recognoscunt in tormentis

Caput XXXVIII.

**S**icut em̄ boni bonos in requie, ita mali malos  
in tormētis cognoscūt. Si em̄ Abrahā Lazarū mi-  
nime recognouisset, nequaquā ad diuitē ī tormē-  
tis positū de trāsacta eius cōtritiōe loq̄retur dicēs, qđ  
mala receperit in vita sua. Et si mali malos non reco-  
gnoscerēt, nequaquā diues in tormentis positus fratrū  
suorū & iam absentiuū meminisset. Quō em̄ p̄ntes nō  
posset agnoscere qui etiā, p̄ absentiuū memoria cura-  
uit exorare. Qua in re & illud quoq; oñditur, qđ &  
boni malos & mali cognoscunt bonos. Nam & di-  
ues à diuite Abrahā cognoscit, cui dictū est: Recepti-  
sti bona in vita tua. Et electus Lazarus à reprobo di-  
uite est cognitus, quem mitti p̄catur ex noīe dicens.

**Luc. 16.** Mitte Lazarū vt intingat extremū digiti sui in aquā,  
vt refrigeret linguā meā. In qua videlicet cognitiōe  
vtriusq; partis cumulus retributiōis exerescit, vt bo-  
ni ampli⁹ gaudeāt, qđ secū eos letari cōspiciūt qđ ama-  
uerūt. Et mali cū eis torquent qđ in hoc mūdo despe-  
cto deo dilexerūt, eos non solū sua, sed etiam eorum  
pœna consumat.

Utrū animæ sc̄torū orēt p̄ inimicis suis,  
qui in æterno cruciātur igne. XXXIX.

**Grego.** **O**Rant pro inimicis suis animæ electorū eo tē-  
pore, quo possunt ad fructuosam pœnitentiā

## LIBER TERTIVS.

am eorū corda cōuertere, atq; ipsa cōuersione salua-  
 re. Quid em̄ aliud, p̄ inimicis orandū est, nisi hoc q̄d  
 Apost. ait: vt det illis deus p̄cāntentiā ad cognoscenti- 2. Timo. 3.  
 dū veritatē, & resipiscāt à diaboli laq̄is, à quo captiui  
 tenent̄ ad ipsius voluntatē. Et quō pro illis tunc ora-  
 bit, qui iam nullatenus possunt ad iustitię opa ab ini-  
 quitate cōmutari? Eadē itaq; causa est cur non oret̄  
 tunc pro hominibus eterno igne dānatis, q̄ nūc etiā  
 causa est vt nō oretur p̄ diabolo, angelisq; eius eter-  
 no supplicio deputatis. Quæ nunc & iam causa ē vt  
 non orent sancti hoīes, p̄ hominibus infidelib; im-  
 pijsq; defunctis, nisi q̄a de eis vtiq; q̄s eterno suppli-  
 cio deputatos iam nouerūt, añ illū iudicij iusti cōspe-  
 ctū oratiōis suę meritū cassari refugiūt? Quod si nūc  
 quoq; viuētes iusti mortuis & dānatis iniustis mini-  
 me cōpatiunt̄, q̄n̄ adhuc aliqd iudicabile de sua cau-  
 sa sese p̄peti & iam ipsi nouerūt, quāto districti⁹ tūc  
 iniquorū tormēta respiciūt, q̄n̄ ab omni vitio corru-  
 ptiois exuti ipsi iam iustitię vicini⁹ atq; arctius inhæ-  
 rebunt? Sic q̄ppe eorū mētes per hoc q̄d iustissimo iu-  
 dici inherēt vis districtiōis absorbet, vt oīno eis non  
 libeat quicquid ab illius æternæ regulæ subtilitate  
 discordat.

### De non renatis, & eorū cruciatu. XL.

**Q** Vicunq; vero ab illa p̄ditionis massa, q̄ fctā  
 est per hoīem primū non liberātur, per vnū  
 mediatorē dei & hominū, resurgēt quidem  
 etiā ipsi, vnusquisq; cum sua carne, sed vt cum diabo-  
 lo eiusq; angelis puniātur. Vtrū sane ipsi cū vitijs &  
 deformitate suorū corporū resurgāt, quicūq; in eis vi-



## HAY. DE VARIET. LIB.

tiōsa & deformia mēbra gestarunt, ingrendo labo-  
rare qd opus est? Neq; em̄ fatigare nos debet incer-  
ta eorū habitudo vel pulchritudo, quorū erit certa &  
sempiterna dānatio. Nec moueat quō erit in eis cor-  
pus incorruptibile si dolere poterit. Nā non est vera  
vita, nisi vbi feliciter viuūt, nec vera incorruptio, nisi  
vbi salus nullo dolore corrumpitur. Vbi aut̄ infelix  
mori non finitur, & vt ita dicā mors ipsa non morit̄,  
& vbi dolor ppetuus non interimit sed affligit, ipsa  
corruptio non finitur. Hæc in sanctis scripturis secū-  
da mors dicitur, nec prima tñ, q̄ suum corpus anima  
relinq̄re cogit, nec secūda q̄ pœnale corp⁹ anima re-  
linq̄re nō permittit̄ hoī accidisset si nemo peccasset.

**Quod ex angelis facti dæmones pro-  
pter superbiam de cælis p̄iecti, irrenocabili  
percussisunt pœna.** Cap. XLI.

**D**Aemones vero qui nunc sunt, fuerunt aliquñ  
sine p̄ctō creati, & ad seruiēdum deo suo feli-  
citer instituti, v oluntate p̄pria deprauati no-  
luerunt p̄manere qd facti sunt. Et cum se contra su-  
um creatorē typo superbię localis hostilit̄ extulisset,  
de supna celi regiōe p̄iecti sunt, q̄s diuina sentētia eō  
sub iudicio condēnauit, vt quia noluerunt pseuera-  
re cum possent, nec velint reparari nec possint. Siq-  
dem p̄uaricationis eorum (quod fuit irrenocabilis  
iudicij) animaduersiōe p̄cussi sunt, & ad damnationē  
iustissimā profecto pertinuit, quod voluntatē rede-  
undi ac facultatē penitus amiserunt. Sicut ecōtrario  
voluntatis sanctorū angelorum fuit, quod malis spō-  
te cadentibus ipsi in sua dignitate manserunt.

LIBER TERTIVS.

Quod gehenna non ppter homines, sed  
propter diabolū facta est. Cap. XLII.

**N**on em̄ nos ad hoc fecit om̄ipotens deus, vt  
nos gehēnē tradat igni q̄ ppetuo. Regnū cæ  
lorū ppter nos, gehenna prop̄t diabolū fctā.  
Et hoc ita esse ex euāgelijis docebo, Ipse etem̄ dñs di  
cit his qui à dextris sunt: Venite bñdicti patris mei,  
pcipite regnum q̄d p̄paratum est vobis à cōstitutio- Mat. 25.  
ne mundi. Illis autē qui à sinistris sunt, dicit: Discedi-  
te à me maledicti in ignē eternum, q̄ paratus est: nō  
dixit vobis, sed diabolo & angelis eius. Sic ergo ppter  
diabolum gehēna ignis, propter hoīem regnum cæ  
lorū à constitutione mundi p̄paratum est. Tātum  
est, ne nos metip̄sos ab ingressu bonorum persisten-  
do in malis pertinaciter, excludamur.

Quid sit reproborū manus & pedes liga-  
ri, & quid exteriores tenebræ, & quid fletus  
& stridor dentium, & cætera. Cap. LXIII.

**D**icet em̄ rex ministris in futuro de reprobis. Li Prosp.  
gate eos manibus & pedibus, & mittite eos ī Mat. 22.  
tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor de Mar. 9.  
tium, vbi vermis eorū non morietur, & ignis eorū non  
extinguetur. Et quid est obmutescere manibus &  
pedibus ligare, nisi in æternū vbi deum confiteatur  
actiōe priuari? Sic in exteriores tenebras mitti nihil  
aliud erit, nisi à dño, qui est mentium lumen expelli.  
Fletus autē & stridor dentium acerrimos eorū dolo-  
res oñdunt, q̄ supplicio sempiternæ mortis addicti,  
non viuēdi sensum habituri sunt, sed dolendi. Quo-  
rum cōtinuus gemitus, cruciat⁹ eternus, dolor sum-

HAY. DE VARIET. LIB.

mus, pœnalis sensus torquēt animas nec extorquēt,  
puniūt corpora dānata nec finiūt. Quos ideo sibi de  
putatos ignis inextinguibilis non extinguet, vt pma  
nente sentiēdi vita pœna pmaneat, & ad dolendum  
magis q̄ ad videndū eternis corporibus compeditos  
habeat, q̄s in flāmis viuacib<sup>9</sup> immortalitas secundæ  
mort̄ occidat. Iam vermis eorū non moriet̄, & ignis  
non extinguet̄, ad totā referūtur dānati hoīs pœnā,  
quē inefficacis pœnitētiæ ignis exurit, & cōsumentis  
cōscientiā vermis immortalitas rodit.

Quod nulla sit post mortem vtilitas pœ  
nitentiæ. Caput XLIII.

**D**Onec enim sumus in hac vita fratres, quanta  
cūq; nob̄ acciderint peccata, possibile est ab  
lui oīa per pœnitentiā. Cū autē abducti fueri  
mus ab hoc seculo, ibi etiā si valde pœnitet (& valde  
eī pœnitebit) sed nulla erit vtilitas pœnitētiæ. Et li  
cet fit stridor dērium, licet vlulatus & fletus, licet fun  
damus preces & innumeras obsecrationes, & si pro  
clamemus, nemo audiet, nemo subueniet, sed ne ex  
tremo quidem digito aquā quis infundet linguæ no  
stræ positæ in flammis, sed audiemus illud, q̄d diues  
Luc. 16. ille audiuit ab Abrahā: Quia caelos magnum confir  
matū est inter nos & vos, & neq; hinc illuc trāsi po  
test, neq; inde huc. Dum eī in hac luce viuimus, veni  
am nos posse promereri per pœnitentiā sciamus, in  
inferno tm̄ vt diximus pœnitētiæ medicamēta non  
proderunt.

Quæ & quāta mala habeant hi, qui in ge  
benna dicuntur occidi. Cap. XLV.

## LIBER TERTIVS.

**O**Mnes qui in gehenna dicuntur occidi, non id cum illis agitur, vt maximis cōsumpti dolori Prosp. bus aliquando deficiant, sed vt in illis pœnali ter viuant. Hæc & his similia libenter audire vel legere debemus, iugiter ante oculos mentis adducere, futura credere, sine vlla perturbatione metuere. Cogitare quale malum sit ab illo gaudio diuinæ cōtemplationis excludi, beatissima sanctorum omniū societate priuari, patriæ cælestis extorred fieri, mori vitæ beatæ, morti viuere sempiternæ, in igne eternū cū diabolo & eius angelis expelli. Vbi fit mors secūda dānatis exiliū, vita supplicii, non sentire in illo igne quod illuminat, sentire quod cruciat. Exundātis incendij terribiles crepit<sup>9</sup> pati, barathri fumātis amara caligine oculos occęcari, pfundo gehēnæ fluctuātis immergi ædacissimis in æternum dilaniari vermib<sup>9</sup>, nec finiri.

Quod tāta sint in inferno tormēta, vt nulla vox exponere, nullus valeat sermo explanare.

Cap. XLVI.

**B**Eatus enim Gregorius papa in libro Moraliū nono, in q̄ de verbis sancti Iob tractare videt, Greg. Iob. 10. vbi ait: Ante q̄ vadā & non reuertar ad terram tenebrosam & opertā mortis caligine, ita de perpetuis pœnis diffiniens ait. Quid em̄ terrę tenebrōsæ noīe, nisi tetra tartari claustra signatur, quæ æternæ mortis caligo operit, q̄ dānatos quosq̄ in ppetuū à vitę luce disiungit nec immerito infernus terra dicit, q̄a quicūq̄ ab eo capti fuerint, stabiliter ab eo tenentur. Scriptū q̄ppe est. Generatio p̄terit & gñatio ad- Eccī. 1.

k iij

## HAY. DE VARIET. LIB.

uenit, terra vero in æternū stat. Recte igitur inferni claustra, tenebrosa terra noīantur, q̄a q̄s puniendos accipiūt, nequaquā p̄cna trāsitoria, vel fantastica imaginatione cruciant, sed vltione solida p̄petua dānatione seruant. Quæ aliquñ tamen laci appellatiōe signantur. Propheta attestante, qui ait: Portauerunt ignominia suā cum his qui descendunt in lacum, Infernus ergo & terra noīatur, quia susceptos stabili tenet, & lacus dicitur, quia hos, quos semel cœperit, semper fluctuantes & trepidos tormentis circumfluentibus absorbet. Sanctus aut̄ vir seu sua, seu humani generis voce dimitti se postulat anteq̄ vadat, nō q̄a ad terrā tenebrosam, qui culpā deflet, iturus est, sed quia ad hanc proculdubio qui plangere negligit vadit. Sicut debitori suo creditor dicit: Solue debitū priusquā debito cōstringaris: Qui tamē non cōstringitur si q̄d debet soluere non moratur. Vbi & recte subditur: Non reuertar. Quia nequaquā vltra misericordia parcentis liberat quos semel in locis p̄cnalibus iustitia iudicantis damnat. Quæ adhuc subtilius loca describuntur, cum dicitur: Terram miseriæ & tenebrarum. Miseria ad dolorem pertinet, tenebræ ad cecitatē. Ea ergo quæ à conspectu districti iudicis expulsos tenet miseriæ & tenebrarū terra perhibetur. Quia foris dolor cruciat, quos diuisos à vero lumine intus cæcitas obscurat. Quāuis miseriæ & tenebrarū terra intelligi & aliter potest. Nam hæc quæ terra in qua nascimur, est quidē miseriæ, sed tenebrarum est. Quia multa hic corruptionis nostræ mala patimur, sed tamē in ea per cōuersionis gratiā ad lucem redimus, veritate suadente, quæ ait: Ambulate

Ezec. 31o

1oh. 12.

LIBER TERTIVS.

dum lucē habetis ne vos tenebræ cōprehendāt. Illa <sup>Ioan. 12.</sup>  
 vero simul miseriæ & tñbræ terra est, quia q̄squis  
 ad tolerāda eius mala descēderit, nequaquā ad lucē vl-  
 terius redit. In cuius adhuc descriptiōe subiungitur. <sup>lob. 10.</sup>  
 Vbi vmbra mortis & nullus ordo. Sicut mors exte-  
 rior ab anima diuidit carnē, ita mors interior à deo  
 separat animā. Vmbra ergo mortis est obscuritas di-  
 uisiōis. Quia dānatus quisq; cum eterno igne succē-  
 ditur ab eterno lumine tenebrat. Natura vero ignis  
 est, vt ex seipso & lumē exhibeat & concremationē,  
 sed trāsactor illa vltix flāma vitiorū cōcremationē  
 habet & lumē non habet. Hinc em̄ est q̄d veritas re- <sup>Mat. 25.</sup>  
 probis dicit: Discedite à me maledicti in ignē eternū,  
 qui parat⁹ est diabolo & angelis eius. Quorū rursus  
 omniū corpus in vnus p̄sona significās dicit. Ligatē <sup>Mat. 22.</sup>  
 ei man⁹ & pedes, & mittite eum in tenebras exte-  
 res. Si itaq; ignis qui reprobos cruciat, lumen habere  
 potuisset, is qui repellitur nequaquā mitti in tenebras  
 diceretur. Hinc de eis psalmista ait: Super eos cecidit <sup>Psal. 57.</sup>  
 ignis & non viderūt solē. Ignis em̄ sup̄ impios cadit,  
 sed sol igne candente non cernitur. Quia illos quos  
 gehēnē flāma deuorat à visione veri luminis cecat,  
 vt & for̄ eos dolor cōbustionis cruciet, & intus pœ-  
 na cecitatis obscuret: Quatenus auctori suo corpore  
 & corde deliquerūt, simul corde & corpore puniāt.  
 Et vtrobiquē pœnas sentiāt, q̄ dum hic viuerēt prauis  
 suis delectatiōibus ex vtroq; seruibant. Vnde bene  
 per Prophetam dicitur: Descenderunt ad infernum <sup>Ezec. 32.</sup>  
 cū armis suis. Arma qppe peccantiū, sunt mēbra cor-  
 poris, quibus puerſa desideria, q̄ cōcipiūt exequunt.

HAY. DE VARIET. LIB.

Vnde recte per Paulum dicitur: Neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Cum armis ergo ad infernum descendere, est cum ipsis quoque membris, quibus desideria voluptatibus expleuerunt eterni iudicij tormenta tolerare: ut tunc eos vndique dolor absorbeat, quod nunc suis delectationibus subditi vndique contra iustitiam iuste iudicatis pugnant. Mirum vero valde est, quod dicitur: Vbi nullus ordo. Neque enim omnipotens deus, qui mala bene disponit, inordinata esse vlllo modo vel tormenta permittit. Quia ipsa quoque supplicia, quae ex lance iustitiae prodeunt inferri sine ordine nequaquam possunt, quoniam namque in supplicijs ordo non erit, dum damnatum quoniam iuxta modum criminis, & retributio sequitur ultionis. Hinc quippe scriptum est: Potentes potenter tormenta patientur, & fortioribus fortior instat cruciatio. Hinc in Babylois damnatione dicitur: Quarum exaltavit se, & in delictis fuit, tamen date illi tormenta & luctum. Si igitur iuxta modum culpae poena distinguitur, constat nimirum quod in supplicijs ordo servatur. Et nisi tormentorum summa meritorum acta dirimerent, nequaquam iudex veniens dicitur se messoribus esse prohiberet: Colligite zizania & ligate eas fasciculis ad comburendum. Si enim nullus in supplicijs ordo servabitur, cur comburenda zizania in fasciculos ligatur? Sed nimirum fasciculos ad comburendum ligare, est hos qui eterno igni tradendi sunt, pares paribus sociare, ut quos similis culpa inquinat, par etiam poena constringat, & qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt, nequaquam dispari tormento crucientur: quatenus simul damnatio coterat, quos simul elatio subleuabat. Quosque non dissimili

Ro. 9.

Sap. 6

Mat. 13.

## LIBER TERTIVS.

ter dilatabat ambitio, non dissimilis afflictio angustet: & par cruciet flāma supplicij, q̄s in igne luxuriæ par succēdit flāma pct̄i. Sicut em̄ ī domo p̄ris māfio nes multę sunt, p̄ diuersitate virtutis, sic dānatos diuerse supplicio gehēne ignib⁹ subijcit disparilitas criminis. Quæ scilicet gehēna quīs cunctis vna sit, nec tamen cunctos vna eademq; qlitate succēdit. Nam sicut vno sole oēs tāgimur, nec tñ sub eo vno ordine oēs estuamus, quia iuxta qlitatē corporū sentitur etiā pondus caloris. Sic dānatis & vna est gehenna q̄ afficit, & tñ non vna omnes qualitate cōburit. Quia quod hic agit disparilitudo corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritorū. Quomodo ergo nullus in esse ordo supplicij dicitur in quibus profecto quisq; iuxta modū culpę cruciatur? Sed sanct⁹ vir postquā vmbra mortis intulit, quāta sit cōfusio in dānatorū mēte subiungit. Qui ipsa quoq; supplicia, q̄ ordinata per iustitiā veniunt, ordinata proculdubio in corde morientiu non sunt. Vt em̄ paulo superius diximus, dānatus quisq; foris flāma succenditur, intus cæcitate igne deuorat: Atq; in dolore positus exterius interiusq; cōfunditur, vt sua deterius cōfusiōe cruciet. Repulsis ergo ordo in supplicio nō erit, quia in eorū morte atrocius ipsa cōfusio mētis sequit. Quā em̄ mira potētia iudicātis eq̄tas ordinat vt p̄na animū q̄si inordinata cōfundat. Vel certe ordo abesse supplicij dicit, q̄a quibuslibet in p̄nā rugietibus propria qualitas non seruatur. Vnde & p̄tinus subinfert: Et sempitern⁹ horror inhabitās in huius vitę tormētis, timor dolorē non habet, & dolor timorē nō habet.



HAY. DE VARIET. LIB.

Quia nequaquam metē met<sup>9</sup> cruciat, cū pati iā cœpit, qđ metuebat. Infernū vero & vmbra mortis obscurat, & sempitern<sup>9</sup> horror inhabitat, qđ eius ignib<sup>9</sup> traditi, & in supplicijs dolorē sentiūt, & doloris angustia pulsati sp̄ pauore ferunt: vt & qđ timent tolerēt, & rursus qđ tolerāt sine cessatiōe p̄timeſcant. De his et-  
**Mar. 9<sup>o</sup>** em̄ scriptū est: Vermis eorū non moriet̄, & ignis eorū non exstinguetur. Hic flāma q̄ succendit illuminat, illic (vt sup̄ius verb̄ psalmistæ docuim<sup>9</sup>) ignis q̄ cruciat obscurat. Hic metus amittitur, cum tolerari iam cœperit, quod timebatur. Illic & dolor dilaniat & pauor angustat. Horrēdo igitur mō erit tunc, reprobis dolor cum formidine, dāna cū obscuritate. Sic sic videlicet à dānatis sentiri pōdus summæ æqtatis debet, vt qui à voluntate cōditoris nequaquam sunt veriti discrepare dum viuerēt, in eorū quādoq; interitu ip̄a à suis q̄litatibus etiā tormenta discordēt: Quatenus qui se impugnēt cruciatus augeant, & cum varia p̄deunt multipliciter sentiātur. Quę tamē supplicia in se demersos & vltra vires cruciāt, & eis vite subsidiū extinguentes seruāt, vt sic vitā terminus puniat, quatenus semper terminū cruciat<sup>9</sup> per tormēta p̄ferat, & sine fine deficiens duret. Fit ergo miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia & mors viuit & finis semper incipit, & deficere defectus nescit. Quia igitur & mors perimit & non exstinguit: dolor cruciat, sed nullatenus pauorē fugat: flāma conburit, sed nequaquam tenebras discutit. Quantum per noticiā præsēntis vitæ colligitur, supplicia ordinē non hñt, q̄ non suā per om̄ia q̄litatē tenēt, Quāuis illic ignis ad consolationem non lucet, & tamen

## LIBER TERTIVS.

Vt magis torqueat ad aliquod lucet. Nam sequaces  
 quique suos in tormēto secū reprobi flāma illustrāte vi-  
 sūri sunt, quare amore deliqrunt: Quatin<sup>9</sup> qui eorū vi-  
 tā carnaliter cōtra p̄cepta cōditoris amauerāt, ipsorū  
 quoque interitus eos in augmēto suę dānationis affli-  
 gat. Quod p̄fecto euāgelio teste collegim<sup>9</sup>, in quo  
 veritate nūciantē diues ille quē cōtigit ad eterni in- Luc. 16.  
 cēdiij tormēta descēdere, quinq; fratrum describitur  
 meminisse: qui Abraham petijt vt ad eorum erudi-  
 tionem Lazarum mitteret, ne illuc eos quandoque  
 venientes per p̄nam cruciaret. Qui igitur ad dolo-  
 ris sui cumulum propinquorum absentiuū meminit,  
 constat proculdubio, quia eos ad augmentū suppli-  
 cij, paulo post potuit etiam p̄sentes videre. Quid  
 autē mirum si se cum quoque reprobos aspiciat cre-  
 mare, qui ad doloris sui cumulum eum quem despe-  
 xerat Lazarum in sinu Abrahæ vidit? Si ergo vt p̄-  
 na cresceret & vir electus apparuit, cur non creden-  
 dum sit quod videre in supplicio eos etiam, quos cō-  
 tra dominum dilexerat, possit? Quare colligitur,  
 quod eos quos inordinate nunc reprobi diligūt, mi-  
 ro iudicij ordine secum tunc in tormentis videbūt:  
 vt p̄nam proprię punitiōis exaggeret, illa auto-  
 ri p̄posita carnalis cognatio pari ante oculos vlti-  
 one damnata. Ignis itaque, qui in obscuritate cruciat  
 credēdus est, quia lumē ad tormētum seruat. Quod  
 si approbare testimonijs in sua expressiōe non pos-  
 sumus, super est vt ediuerso doceamus. Tres quippe  
 Hebræę gētis pueri Chaldæi regis imperio succēsis  
 camini ignibus, ligatis manibus pedibusq; proiecti

## HAY. DE VARIET. LIB

sunt. Quos tñ cum idē rex in camini incendio explo-  
raret ille sis vestibus deambulantes vidit. Vbi aperte  
colligitur, quia mira dispensatione cōditoris, ignis  
qualitas in diuersa virtute temperata, & vestimēta  
non attingit, & vincula incēdit: Sanctisq; viris & ad  
inferendū tormētum flamma friguit, & ad solutiōis  
mysterium exarēt. Sicut ergo electi ignis ardere no-  
uit ad solatiū, & tamen ardere ad supplicium nescit.  
Ira ediuerso gehēnæ flāma reprobis, & nequaq; luce  
ad consolationis gratiam, & tamē lucet ad pœnam:  
vt damnatorum oculis ignis supplicij & nulla clari-  
tate cādeat, & ad doloris cumulum dilecti qualiter  
crucientur ostendat. Quid autem mirum si gehēnæ  
ignem credimus habere supplitium simul obscuri-  
tatis & luminis, quando experimento mouimus  
quia & tædarum flamma lucet obscura. Tunc  
ædax flamma comburet, quos nunc carnalis dele-  
ctatio polluit. Tunc infinite patēs inferni barathrū  
deuorat, quos nunc inanis elatio exaltat. Atque qui  
quolibet ex vitio hic voluntatem callidi persuasoris  
expleuerint, tunc duce suo reprobi ad tormenta per-  
uenient. Et quamuis angelorū & hominum longe  
sit natura dissimilis, vna tamē pœna implicat, quos  
vn<sup>o</sup> in crimine reatus ligat. Quod bene ac breuiter  
insinuat Propheta qui ait: Ibi Assur & omnis mul-  
tudo eius, & in circuitu eius sepulchra illius. Quis  
namq; Assur superbi regis nomine nisi ille per elatio-  
nem cadens antiquus hostis exprimitur: qui pro eo  
quod multos ad culpam pertrahit, cum cuncta sua  
multitudine ad inferni claustra descendit. Sepulchra

*Hzec. 32.*

## LIBER TERTIVS.

aut mortuos tegunt, & quis alius mortem acrius protulit, quam is qui conditorum suum despiciens vitam relinquit? Quam vide licet mortuum cum humana corda suscipiunt eius procul dubio sepulchra fiunt. Sed in circuitu illius sepulchra sunt eius, quia in quorum se mentibus nunc per desideria sepelitur, hos sibi postmodum per tormenta coniungit. Et quoniam nunc in semetipsis reprobi malignos spiritus illicita perpetrando suscipiunt, tunc sepulchra cum mortuis ardebunt. Hucusque in hoc capitulo verba sancti Gregorii papae de perpetuis poenis posita sunt. Nunc autem beati Ioannis Chrysostomi eloquia sunt ponenda. Ait enim inter cetera.

**H**uius autem poenae vim & ignis aeterni potentiam Chryso. nulla vox exponere, nullus sermo poterit explanare. Nihil est enim in rebus corruptibilibus, siue bonis siue malis illi simile, veruntamen ut aliquam imaginem ignis illius & poenae capiamus, recordare quando quis febrium nimio ardore succenditur, quae angustiae, qui cruciatus corporis atque animae infideant, & ex hac temporali poena metire quanta sint illa supplicia, quae aeternus ignis inflamat, quae fluvio ignis percurrens ante illud tribunal horrificum, vnde poenalibus irrogabit. Ibi quid agemus? quid respondere debimus? nihil enim nisi stridor dentium, nisi ululatus & fletus, & sera poenitentia, cessantibus vndique auxilijs & vndique inualescentibus poenis, sed nec solatium quidem usquam nullum. Nulli enim occurrerent oculis nostris, nisi soli poenarum ministri, & facies vbiq; dira tortorum, & quod est omnium terribilissimum

## HAY. DE VARIET. LIB.

nec aëris quidem ipsius erit ullum solamen aut lucis. Circundabunt enim nos pœnarum loca, tenebræ exteriores. Sed ignis ille, sicut naturam non habet consumendi, ita nec illuminandi, sed ignis obscurus & flamma tenebrosa. In his autē positis quis tremor imò quæ resolutio viscerum, diuulsioq; membrorum, quæ aut quantæ omnibus sensibus truces pœnæ nullus nunc sermo poterit explicare. Sunt enim diuersæ ac variæ pœnarum facies, & pro peccatorū quantitate singulis quibusq; multiplicantur pœnæ. Quod si dicas, quomodo tot malis sufficiet corpus ad pœnam, finem temporis nescientem? Considera quæ in hac vita interdum accidunt, & ex his paruis magna cogita: quomodo interdum videm⁹ nō nullos longissima ægretudine confici, nec tamen eis ex eo vitæ terminum dari? Aut si corpus morte aliquando dissoluitur, sed anima non consumitur. Unde constat quod cum immortalitatē & iam corpus acceperit, nec animam pœna nec corpus vltra iam perimat. Nam in præsentī quidem vita euenire non potest, vt pœna corporis & vehemens esse poterit & perpetua, sed alterum cedit alteri, quia corporis fragilitas vtrūq; non patitur. Vbi vero vtrumq; corruptela caruerit, pœna quidem accepta potestate defæuiet, sed nullum finem incorruptio quæ sita suscipiet. Non ergo putemus quia suppliciorum nimietas ipsa dabit finē dolorum, sed (vt diximus) peccata quidē pœnas accendunt, incorruptio vero animæ & corporis, nullū supplicij terminū dabit. Dic ergo nunc quāta tempora luxuriæ, quæ delitiarū spa-

## LIBER TERTIVS.

cia comparare vis talibus pœnis? Centum placet an-  
 nos delitijs demus, adde alios centū si libet, adde &  
 decies centū, quæ erit ex his ad æternitatem compen-  
 satio? Nonne omne tempus vitæ huius, quo deliti-  
 is frui videmur & indulgere libidini, quasi noctis vni-  
 us somnium ad æternitatis comparationē videtur?  
 Delitiæ quidem huius vitæ velut vmbra pertranse-  
 unt, & velociter fugiunt, pœna vero perpetuo ma-  
 nent. Nunc autē reuoca cogitationē tuā ad illud di-  
 uini iudicij tribunal horrendū, quod ardens fluius  
 flammeis ambit fluent, vbi fletus & stridor dentiū,  
 vbi tenebræ exteriores, vbi ille vermis conscientie,  
 qui nunquā moritur, & ignis qui nunquā extinguitur.  
 Recordare parabolā Lazari & diuitis illius, qui pur Lucæ. 16.  
 pura indutus & bysso, vnā nunc aquæ guttam inue-  
 nire non potuit, & hoc cum esset in ardoris necessita-  
 te cōstitutus. Dic quæso te, quid plus habet vita ista,  
 quā somniū? Sicut enim qui in metallis cōdemnati, vbi  
 in alia qualibet pœna positi, cum forte post multū  
 laborem vitæ paululū relaxati fuerint in somnium  
 & dormierint, vident se inter plurimas dapes posi-  
 tos epulis copiosissimis perfrui, at vbi surrexerint, ni-  
 hil sibi gratiæ ex delectatiōe somnij intelligunt rese-  
 disse. Ita diues ille quasi somniū habuit huius vitæ di-  
 uitias, vbi discessit nihil cum illo nisi præteritorum  
 pœnitudo, & præsentium pœna permansit. Hæc re-  
 cordare nūc amice, & illum gehenne ignē, his quæ te  
 nunc exagitant flāmis libidinū & cupiditatis oppo-  
 ne. Est em̄ hoc mirabile quoddā medicamenti gen⁹;  
 vt ignis ignib⁹ restinguatur. Si em̄ restincti non fue-

## HAY. DE VARIET. LIB.

rint isti qui nūc te exagitant, illos tibi æternos ignes  
acriores & inextinguibiles reddēt. Ille vero ignis q̄s  
susceperit semper cruciat, & pœnæ suæ semper inte-  
gros seruat. Propterea em̄ inextinguibilis dicitur, nō  
solum quia ipse non extinguitur, sed quia nec eos q̄s  
susceperit, extinguit aut perimit. Ne ergo etiam nos  
in istos veniamus animæ cruciatus, expergiscamur  
aliquando dum tempus est. Et ecce nunc tempus ac-  
ceptum, nunc dies salutis, nunc est pœnitendi facul-  
tas, & tempus quo & fruct⁹ cōsequitur pœnitētem.  
Recordandæ namq; sunt nobis multitudines pecca-  
torum, recordandæ quoq; conscientie maculæ. Ro-  
gemus dominum vt possimus lugere nosmetipsos,  
& peccatorum nostrorum pondus resolvere multi-  
tudine lachrymarum. Et ita post hac non semper  
flendum est & nihil agendum. Apprehendamus igitur  
aliquā vitam deo placitam, & ad celū ducentem,  
ne forte cum mal⁹ nostris descendamus ad infernū,  
vbi nemo est qui confiteatur ei, & ibi patiamur ea, q̄  
impij patiuntur, cum nullus fuerit iam qui exoret p̄  
nobis. Dum enim sumus in hac vita agamus cun-  
ctā, quæ possum⁹ bona, cum autem abierimus illuc,  
vbi neq; amicus, neq; frater, neq; pater idoneus erit  
ad liberandum eum, qui supplicij deputatur. Quo-  
modo enim qui in luce est accedit ad eum qui tene-  
bris detinetur? vbi cum nullus sit nobis ex sanctorū  
consolatione refrigerium, æternas tamen expendi-  
mus pœnas, effectibus inextricabiles immortalibus  
flammis.

## LIBER TERTIVS.

**E**cce quæ maneat damnatos pœna cognoui  
mus, & instruente nos, sacro eloquio, quant<sup>o</sup> Grego.  
in damnatione ignis, quanta in igne obscuri-  
tas, quâ usq; in obscuritate pauor fit, nullatenus am-  
bigimus. Sed hoc pdest, si lachrymis nostris, & ora-  
tionibus, ieiunijs, elemosynis, & cæteris bonis ope-  
ribus nostra redimamus peccata, vt à pœnis li-  
berati perpetuis ad vitam mereamur per-  
uenire perpetuâ: Præstante domi-  
no nostro, Iesu Christo, qui cū  
patre & spiritu sancto p  
infinita viuit & re-  
gnat secula.  
Amen.

D. Haymonis de varietate lib. siue de amore  
cælestis patrię, libri tertij & vltimi finis.

Moritur sub Ludouico imperatore, filio Caroli  
magni. Anno dñi, DCCC XXXIII. Indi-  
ctiōe XII. Sepultus in ecclesia sancti  
Stephani Halberstattensi.





Parcere subiectis, & debellare superbos.




Superbis deus resistit, humilibus aut dat gratiam.

Coloniae apud Ioannem Prael. 18 mense  
Iunij. Anno M. D. XXXI.









RER XIANA  
RE MEMORIA  
ET  
DOCTRINA  
SCHOLAST

Th  
970